



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

Hora VII. Sacrificium Missæ. Praxis. Præparationis remotæ ad Sacrificium
Missæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

H O R A VII.

Sacrificium Missæ.

P R A X I S.

Præparationis remotæ ad Sacrificium Missæ.

I. **P**reparatio duplex est, remota & proxima. Preparatio remota ad sacrificium, consistit in vita innocente & sanctâ, in Conversatione juxta perfectionis evangelicæ normam directâ, fidei, spei, charitatis, humilitatis, castitatis, devotionis, aliarumque solidarum virtutum ornamentis conspicuâ.

II. Hanc verò vitæ integritatem ac sanctitatem ut Sacerdos assequatur, ferventer & indefessè passionum suarum & vitiorum mortificationi indices studeat, & prædictarum virtutum exercitio se dedat; proposito velut vitæ totius speculo & exemplari vitæ Salvatoris nostri, cui in omnibus actionibus se conformare, eodemque spiritu eas animare nitatur, ut Deus
 G 6 ipse

HOR

ipse Sacerdotem, quasi Christum Filium suum dilectum, cuius personam sustinet intueatur; non tantum cum actu sacrificat, verum etiam, dum orat, cantat, legit, manducat, conversatur.

Praxis præparationis proxima
ad sacrificium Missæ.

I. Ante omnia sibi sacerdos persuadat, actum sacrificandi esse functionem eminentissimam, sanctissimam, divinissimam, ipsis angelicis Hierarchiis denegatam, ac proinde dignissimam, ad quam ceteris vel semel tantum in omni vita eundam, omnis labor, industria, conatus, studium corporis & animi per totam vitam impenderetur: atque ita Deo Obsequii habitatio prepararetur. Hæc autem præparatio proxima in tribus sita est: scilicet puritate conscientie, intentionis rectitudine & devotionis ardore.

II. Itaque conscientia immunis
I. à peccato lethali, ne sacerdos iudicet sibi manducet & bibat, instar Judæ: sed probet seipsum homo, ne sit reus corporis sanguinis Domini; ac si Christum occiderit

set, & effudisset ejus sanguinem, ut explicat S. Thomas à Villanova conc. 3 de Sacram. Altaris. II. Conscientia pura sit à peccatis venialibus præsertim voluntariis, & passionibus indomitis: exigat hoc Christus Dominus, qui est primarius offerens & ipsa puritas: eaque de causa Discipulorum pedes abluat, ut innueret, summam requiri munditiam, etiam à pedum seu affectuum pulveribus. Postulat hoc iure oblatio munda & hostia purissima, requirit denique Deus purissimus, cui offertur, ad mundandam Ecclesiam: ut Sacerdotes sint Colati & purgati quasi aurum & quasi argentum Domino offerant sacrificium in iustitia. Malachia c. 3.

III. Intentio pura sit & finis quadruplex hujus divinissimi Sacrificii, semper sit ante oculos. I. Gloria Dei II. Gratiarum actio pro beneficiis. III. Satisfactio pro peccatis. IV. Impetratio gratiarum. De quibus infra praxis prolixior.

IV. Requiritur denique actualis devotio & fervor sancta sanctè tractandi: de quo S. Bonaventura: Cum Sacerdos fuerit totus alteratus, & divinus effectus, ita

ut nihil nisi Deum videat, tunc accedat.
 Et S. Joannes Damascenus: Ardenti cupiditate ad eum accedamus, demissam operam, ut per divini ignis perceptionem toti inardescamus, Diuque efficiamus. Equum enim est, ut is qui sacrificium flagrantissimo infiniti amoris excessu institutum à Deo, qui ignis consumens immolaturus accedit, simili quoque devotionis igne inardescere studeat.

V. Hoc autem non obtinebitur nisi frequentibus orationibus & profundis meditationibus, quarum materiam Scripturæ divina, S. S. Patrum volumina, & libris ascetici abundè suppeditant, quorum defectum ea que subjunguntur supplere poterunt.

Petitio gratiæ.

Excita me indies, Domine, & reple me virore gratiæ tuæ; ut ad stupendum mysterium & cœleste sacrificium peragendum toties accedenti, nulla obstat vetustas, nulla ex consuetudine negligentia suboriat; sed semper ita magnam gratiam ita novum, jucundumque videatur.

myste
mum
aut in
halare
num

I G
AD

A L

Es lig
fuis

evoca
cendi

vittin
contr

de pre
amor

nâ ad
nes n

quad
atten

tur,
spicia

mens
my

mysterium, ac si eodem die Christus primum in uterum Virginis descenderet, aut in cruce pro salute mundi animam exhalaret. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

IGNIS ET LIGNA AD VICTIMAM HOLOCAUSTI EUCCHARISTICI.

Adverte I. Quemadmodum Elias Propheta zelosissimus Holocaustum & ligna antè perfudit aquâ, ac deinde suis ferventibus precibus ignem è caelo evocavit, qui holocaustum & ligna succendit. 3. Reg. 18. Ita fervens Sacerdos victimam suam quodammodo doloris & contritionis lacrymis antè riget, ac deinde precibus, suspiriis, & meditationibus amoris & devotionis ignem gratiâ divinâ adjutus excitet. Eo sine considerationes nonnullas subnecto, tanquam ligna quadam, quasi vivâ fide apprehendantur, attentè ruminentur, atque ita expendantur, ut intellectus ea benè penetret ac perspiciat, ac luce Spiritus Sancti accedente mens inlustretur, & ejusdem sacro calore dispo-

disponente voluntas incalcescat, omni
 confidam fore, ut in meditatione excru-
 cat ignis; & Sacrificans eodem accen-
 tur. Ex his igitur indies, aut quoties
 aram facturus es foco tuo (memorie &
 intellectus) unum alterumve lignum (con-
 siderationem) appone, ne paulatim
 fervoris extinguatur: nam ut ait Sa-
 mon Proverb. 6. Cum defecerint ligna
 extinguatur ignis.

Adverte II. Ad pietatem augendam
 plurimum valere compositionem vel in-
 ginationem loci: v. g. tempore Adventus
 Domus Nazarethana, tempore Nativita-
 tis Stabuli Bethlemitici, in quo circa
 Beatissima Virgine, S. Iosepho, innumera
 que Angelorum multitudine Regem
 unum stipante celebres: orationes prepa-
 ratorias, gratiarum actionem, aliisque
 preces recites.

Adverte III. Semper premittere
 psalmos preparatorios & orationes
 Missali vel Diurnali, ab Ecclesia ordi-
 natas: quibus absolutis, pro temporis oppor-
 tunitate & beneplacito ex sequentibus
 nonnulla addi poterunt. Per diem quod

que suspiria seu preces jaculatorias cre-
bro emittere devotionem promovet: ani-
mum ad ignem divinum concipiendum
disponit, conceptumque diutius fovendum
adjuvat. Cumque sacrificium hoc omnium
totius diei operum precipuum, nobilissi-
mum, prestantissimum ac divinissimum
sit, in ejusdem preparatione & gratia-
rum actione adornanda merito sumus pro-
lixiores.

P R A X I S

Offerendi quadruplex sacrificium
sublimes continens intentiones indel-
que usurpanda, vel brevius, vel pro-
lixius, ut sequitur.

I.

*Oblatio Sacrificii, quatenus est Latrenti-
cum, & dirigitur ad cultum & glo-
riam Dei omnipotentis.*

Omnipotens sempiternus Deus, omni
honore, amore & obsequio dignis-
sime, ego NN. indignus famulus tuus,
sacerdos tamen ordinatus & constitutus
ad immolandum tibi hostiam laudis, co-
ram te prostratus adoro, amo, laudo &
bene-

benedico te, atque ab omnibus Creaturis omni modo possibili te laudari, amari, benedici & glorificari sine fine desidero. Agnosco præterea, ô infinita Majestas, propter infinitam perfectionem tuam, infinitum ac summum tibi cultum, amorem & honorem deberi: Verùm sciam eum tibi à nulla pura creatura exhiberi posse, nec quidquam inter omnia creatura reperiri, quo divinæ Majestati tuæ debitum cultum, tanquam Creatori nostro exhibeamus. Ne tamen obligationi nostræ desimus, & ut Filii tui voluntatem impleamus, inter Sacerdotes plurimos à totâ Christianitate velut ablegatos, & ego famulus tuus accedo ad peragendum sacrificium laqueuricum, ab ipsomet Filio tuo, Domino nostro institutum & offerri præceptum; quo nihil tibi potest accedere gratius, nec ullum potest esse sacrificium laudis & honoris excellentius.

Hoc itaque tam nobile Legis novæ sacrificium, & infinitæ dignitatis hostiam ex toto corde quàm demissimè tibi offero, Summe Deus, scilicet ipsum Unigenitum Filium tuum Jesum Christum

Domine

Domine
panis &
sacrifici
Abraham
natura
nibus
holoc
non de
tissim
am in
ciis lau
glorifi
Beatif
trium
latriæ
divina
in pro
omne
vitam
subjec
à te, c
à sole
ab ig
At
tæ m
te ar

Dominum & Redemptorem nostrum ,
 panis & vini speciebus velatum. Quod
 sacrificium, cum omnibus Abelis & Noë,
 Abrahæ & Melchisedech, totiusque legis
 naturæ sacrificiis millies sit nobilius, om-
 nibus legis Mosaicæ victimis, hostiis &
 holocaustis infinitè præstantius, Deus,
 non despicias. Suscipe igitur hunc dile-
 ctissimum Natum tuum, tanquam hosti-
 am infiniti valoris, cum omnibus sacrifi-
 ciis laudis & obsequiis, quibus ipse te olim
 glorificavit in terris, unà cum meritis
 Beatissimæ Virginis, ac totius Ecclesiæ
 triumphantis & militantis: in cultum
 patriæ tibi soli debitum, in testimonium
 divinæ excellentiæ & omnipotentæ tuæ,
 in protestationem supremi Domini tui in
 omnes creaturas, absoluti quæ imperii in
 vitam & mortem: ac in signum nostræ
 subjectionis & omnimodæ dependentiæ
 à te, quæ longè major est, quàm vel radii
 à sole, vel umbræ à corpore, vel calor
 ab igne.

Atque utinam omnibus momentis vi-
 tæ meæ, omni possibili devotionis affectu
 te amâssem & glorificâssem, æternum quæ
 de in-

deinceps amarem & glorificarem! U
nam quoque mundus universus & om
regna ejus sic te mecum laudarent, gl
ficarent, & hoc S. S. Sacrificium M
offerrent! sed quia innumeri sunt, ve
tra Ecclesiam gentilitatis cæcitate per
si, aut hæreseos tenebris involuti,
intra Ecclesiam peccatorum sordibus
pulti; qui vel te non agnoscunt, vel ag
tum, non ut par est, glorificant; sed
rius ore ac opere blasphemant & te
norant: in supplementum illorum
nium admittere dignare, Magne De
hoc sacrificium laudis; non tam per
nus meas, quam Filii tui dilecti, qui
primarius offerens, immensi amoris
ardens, se in holocaustum omnino acc
sum tibi præsentat: in quo tibi infi
complaces & delectaris; ipse te omni
vice laudet & benedicat per infinita
nitatis secula. Amen.

I I.

*Oblatio Sacrificii, quatenus est
Eucharisticum.*

Accedo deinde, liberalissime De

ut gratias debitas agam, & sacrificium Eucharisticum offeram: tanta enim multitudo bonitatis tuæ in profusa adeò collatione tot beneficiorum tam generalium, quàm specialium, tam corporis, quàm animæ, tam temporis, quàm æternitatis reperitur, ut nullus intellectus sive humanus, sive angelicus eam assequatur.

In primis elucet immensa hæc beneficentia tua in sacratissima Humanitate Christi Domini Salvatoris nostri; quam tot Sapientiæ & scientiæ, tot virtutum & meritorum, tot gratiæ & gloriæ incomparabilibus thesauris supra omnes Creaturas coronasti; eumque in Patrem, Doctorem, Ducem ac Redemptorem nobis submitisti.

Elucet deinde eadem tua Bonitas, in gloriosa Filii tui Matre, quam admirandis quoque gratiarum opibus, admirabili electione, conceptione, virginitate, maternitate, & assumptione in cælos honorasti, & nobis in Matrem & Patronam singularem concessisti.

Ulterius elucet quoque Bonitas illa, in cælestibus Angelorum exercitibus, omnibusque

nibusque Sanctorum Patriarcharum, prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum atque Virginum ordine dic quos variis, & inusitatis favoribus, rogativis & gratiis præventos, felicitate tua tantam in cælo gloriam sublimasti.

Neque minùs eluxit hætenus, beatitudinem elucet eadem liberalitas tua. Quam tota Ecclesia militante; quam fide, charitate, sacramentis, aliisque efficacibus gratiæ auxiliis excitas, adjuvas, æternæ felicitatis bravium suaviter efficaciter perducis.

Et inter hos omnes, ego quoque vorum tuorum minimus, quot singularibus, gratiisque eximiis, lissima manu tua cumulatus sum? net inter cetera, creatio mea, redemptio, justificatio, prædestinatio, vocatio, ordinatio, donorum & supernaturalium continua communicatio, crebra corporis & sanguinis tui communicatio, periculorum animæ & corporis amotio, peccatorum condonatio, protectio, gubernatio, aliaque innumera tum nota, tum ignota beneficia;

omnia & singula quanti æstimanda sint,
 quis Cherubinarum aut Seraphinarum,
 ne dicam mortalium, assequetur? præ-
 fertim cum profluant ex gratuita liberali-
 tate tua, ex infiniti amoris incendio, & ad
 gloriam æternam, meamque perpetuam
 & beatitudinem dirigantur?

Quàm cordialis proinde, quàm fer-
 uens, quàm interminabilis, pro tot,
 tantisque beneficiis, ab omnibus & sin-
 gulis gratiarum actio, laus & benedictio
 tibi deberetur singulis momentis tempo-
 ris & æternitatis? O si mihi ora &
 corda forent infinita seraphicis affectibus
 æstuantia, quibus te laudare & gratias
 agere valerem, quantopere exultarem!
 & quantillum tamen hoc adhuc foret, ad
 eas laudes & gratiarum actiones, quæ
 infinitæ Beneficentiæ tuæ pro tot tantis-
 que beneficiis deberentur? quorum sin-
 gulorum ea est excellentia, ut nec pro
 minimo illorum ulla creatura dignas re-
 ferre gratias valeat.

Ne tamen animi ingrati labe notemur,
 pro omnibus hisce beneficiis omni quo
 possum & meo, & omnium creaturarum
 possibili

possibili affectu, te laudo, benedico, & gratias immortales ago, & agere desidero, & pu-
 tuto amore tui quàm perfectissimè quàm
 æternum & ultra. Et ne coram te, D. proliis
 liberalissime, vacui appareamus; Sed ô
 ceterique sacerdotes tui legatione rum m
 mur, & totius Christianitatis nomine quàm
 cedimus, & in sacrificium Eucharistie tur tot
 offerimus divinæ Majestati tuæ unig singule
 tum Filium tuum Jesum Christum, D. mentis
 & hominem, cunctis veteribus condig
 ficiis Eucharisticis infinitè præstan gravita
 Suscipe illum cum omnibus ejus gra fundan
 dinis excessibus, laudis sacrificiis, & Filium
 sequis infinitæ dignitatis: cum om gunt, &
 insuper gratiarum actionibus Beati dammo
 Virginis Mariæ & omnium Sancto Hora
 Unam ego cum omnibus homin prope u
 his & multò inflammatoribus affect ut inn
 tibi gratias semper egissem & de Quot R
 agerem pro beneficiis omnibus & in Afric
 lis, gratis, propter te, intensissime & idolo
 sine fine. Amen. n imm
 lunt, e
 Regna d
 Iubes

III.

Oblatio Sacrificii ut est propitiatio
 Venio præterea, Domine Deus meus

finitè iuste & misericors, cum tremore
 & pudore peccatorum tam propriorum,
 quàm totius mundi pondere gravatus; ut
 prois offeram sacrificium propitiationis:
 Sed ô mi Deus! quanta est horum scele-
 rum multitudo, tam olim commissorum,
 quàm quæ nunc incessanter committun-
 tur toto orbe terrarum! quanta est malitia
 singulorum, quæ omnibus mundi tor-
 mentis, & æternis inferni incendiis infra
 condignum plectuntur! quanta est illorum
 gravitas & enormitas, quæ Dei leges pes-
 fundant, Christi sanguinem conculcant,
 Filium Dei rursus in semetipsis crucifi-
 gunt, & ipsius Divinæ Majestatis quo-
 dammodo jugulum petunt!

Horreo & expavesco, dum mundum
 prope universum peccatorum diluvio ve-
 lut innatantem & immersum intueor.
 Quot Regna vastissima & populosissima
 in Africa, Asia & America in infidelitatis
 & idololatriæ cæcitate palpant, ideoque
 in immensam scelerum voraginem inci-
 dunt, & nunquam emergunt! Quot
 Regna & Principatus, quot Regiones &
 Urbes frequentissimæ per Europam in
 H hæreseos

P

Virekinder

orolog

L. C. C. C.

hæreseos tenebris caligant, in summis libertate vitæ & laxitate conscientia constant, ac proinde in innumerabilium plangitorum colluuiem proruunt; in eorum, militum consensunt, & velut iumenta in sese gignere suo computrescunt! Quot blasphemis & perjuriis nomen sanctum tuumque per totum orbem terrarum profcindunt! Quot odiis & inimiciis, quot venædo! & homicidiis, quot fornicationibus horum adulteriis, quot fraudibus & iniuriis. Quot furtis & rapinis, quot ambitionibus & superbiis, quot Sacramentorum peccationibus & sacrilegiis Majestas tua plangitur ta indies irritatur, exacerbatur & lacrimarum

Quinimò ipsum regale Sacerdotum in Clericis & Religiosis quibusque me (quod veluti Sol in Ecclesiæ firmamento, omni radiare deberet) quot, quantisq; maculis obfuscatur! Dum Sacerdotum quidam superbiâ & ambitione, alii avaritiâ, alii luxuriâ, alii simulatione & hypocrisis, alii crapulâ & ebrietate, alii denique luxu & alieniâ & impudiciâ apertâ vel occultâ vitiantur, nomen tuum minentur! Et hos inter ego ipse indignus famulus tuus, quot noxis & imperiis

M
 Summibus quotidie commaculor! quantâ in-
 entia constantiâ tibi servio! quoties peccata mea
 plango, & mox rursus plangenda commit-
 in erro, millies cadens, millies resurgens! quantâ
 in segnitie passionum impetus domo; quantâ
 t blasphemantiâ & oscitantiâ horas, precés-
 tuurque per solvo! quantâ tepiditate ad tremē-
 cindum Missæ Sacrificium celebrandum ac-
 cendo! quot pretiosas nobilissimi tempo-
 rationis horas otiosè & infructuosè impendo!
 injub. Quàm intenso igitur doloris & com-
 bitionis affectu, hæc mea, alienaque
 rum peccata numerum arenæ maris æquantia
 tua plangere, quàm largo perennique lacry-
 & lacrimarum profluvio eadem deplorare, quibus
 cerdo penitentiae operibus expiare diu noctū-
 bulque me oporteret? Verùm scio, Domi-
 rmano, omnium mortalium lacrymas, etsi
 tisque maria omnia & flumina superarent, ne
 doru quidem unico peccato dignè eluendo suf-
 aritiâ scere. Doleo nihilominus de omnibus
 poci & singulis, magnis & parvis, propriis
 que & alienis peccatis, idque non premi in-
 ultâ metu, nec supplicii metu, sed ex puro
 se in amore tui. Cupio omnia pro viribus
 mperemendare, & contrariis virtutum actibus

compensare, cum spe veniæ apud te Majest
 trem Misericordiarum: quam ut sine medi
 infinitæ justitiæ tuæ præjudicio præ nostru
 possis; en in compensationem tot imp tamqu
 rum, cum aliud pretium suppetat nisi subsid
 offero tibi dilectissimum Filium t sacrific
 Dominum nostrum Jesum Christo abyssu
 hostiam placationis dignissimam & pro qu
 cientissimam, pro meis & totius m mih
 peccatis; unâ cum omnibus ejusdem concup
 mis, laboribus, opprobriis & sang digenti
 effusionibus infinitæ dignitatis, num,
 cum lacrymis & meritis omnium ma &
 tentium & Sanctorum. Utinam nuda
 te Deum meum infinitè amabilem ex quib
 dissem, nec offenderem posthac in animar
 num! Utinam crebriùs, ferventiùsq. Licet
 nam hanc propitiationis hostiam ob & aux
 sem & porrò offerrem! utinam idem merito
 cum præstarent, præstitissent, temp atorum
 deinceps præstarent Sacerdotes om nitaten
 omni possibili devotione, purè pro Domin
 usque ad supremum vitæ halitum. mortem
 omnia
 nomine
 lates l
 Me

I V.

Oblatio Sacrificii ut est Impetratio
Legatione quoque fungor, ô f

Majestas ; & ab Ecclesia tua mittor ut
 medius stem inter te Deum & Dominum
 nostrum ac populum tuum, & pro tot,
 tanque gravibus ejusdem necessitatibus
 subsidium ac medelam hoc sacrosancto
 sacrificio impetrem. Quanta enim est
 abyssus miserationum mearum, & omnium,
 pro quibus hostiam pacificam immolare
 mihi incumbit ? quanta est multitudo
 concupiscentiarum, infirmitatum, in-
 dignitarum, persecutionum, tentatio-
 num, tribulationum & ærumnarum ani-
 mæ & corporis; quibuscum indies col-
 luctamur, tamque diuturno tempore;
 ex quibus tamen aut beata aut misera tot
 animarum pendet æternitas ?

Licet autem populus tuus omni solatio
 & auxilio se indignum profiteatur, &
 merito exaudiri non debeat, propter pec-
 catorum suorum multitudinem, & enor-
 mitatem; memor tamen promissionis
 Dominicæ à Salvatore suo in ultima ante
 mortem nocte sibi factæ, quâ sponondit
 omnia à Patre cœlesti impetranda, quæ in
 nomine suo peterentur; me aliosq; Sacer-
 dotes subordinavit, ut non solum preces

H 3

funda-

fundamus, verum etiam sacrificium
cificum offeramus, optatumque solam
impetremus.

Ad has igitur tam innumerabiles
vissim atque miseras propulsandas,
niaque ad salutem media impetranda
fero divinæ Majestati tuæ in hostiam
cificam, dilectissimum Filium tuum
sum Christum Redemptorem nostrum
ara præsentem, unâ cum infinitis ejus
meritorum thesauris, Beatissimæ que
ginis & omnium Sanctorum; tam
me, mihi que commissis, quam pro
nibus aliis fidelibus & infidelibus
atque defunctis. Amen.

Subjunge Memento pro iis, qui
singulariter memorem te esse oportet
pro quibus secundariò sacrificium offero
hâc, similive methodo.

M E M E N T O.

In specie autem offero, amanti
Deus, hoc pretiosissimum sacrificium
quod vi impetrandi infinitâ pollet,
sequentibus.

I. Memento, Domine, Ecclesie
tui Sponsæ, omnibusque & singulis

Filiis
& vic
in gra

ram

Eccle

que v

que a

II.

mi P

Archi

sulum

conve

vivan

tanqu

& exe

infern

III

gratias

ac Cle

conis

tati de

tate se

sobrii,

luant

IV.

tuæ ro

Filiis gratiam copiosam infunde, fidem
& vitæ sanctimoniam in iis auge, justos
in gratia tua conserva, peccatores ad ve-
ram pœnitentiam converte, ac totam
Ecclesiam tuam per zelosos apostolicos-
que viros instrue, rege, perfice, dilata us-
que ad consummationem seculi.

II. Memento etiam, Domine, Sum-
mi Pontificis nostri N. Cardinalium,
Archiepiscoporum, Episcoporum, Præ-
sulum & Pastorum, ut statui suo sublimi
convenienter in omni sanctitate & iustitia
vivant; oves & agnos sibi commissos,
tanquam Pastores boni, oratione, verbo,
& exemplo fideliter pascant; & à Lupis
infernalis sollicitè custodiant.

III. Concede quoque, ô Domine!
gratiam efficacem, omnibus Sacerdotibus
ac Clericis, Canonicis & Vicariis, Dia-
conis & Subdiaconis, ut clericali digni-
tati dedecori non sint, nec ulli vitæ pravi-
tate scandalum præbeant; sed pii, casti,
sobrii, & sancti sint Deo suo, & non pol-
luant nomen ejus.

IV. Effunde etiam copiosum gratiæ
tuæ rorem, super omnes religiosos Ordines,

nes, ut per exactam votorum & regum suarum observantiam, velut per eundem gradus, ad omnis perfectionis sanctitatis culmen ascendant.

V. Miserere deinde Imperatoris nobis, N. Regum & Principum Christianorum A catholicos ad veræ Ecclesiæ gremio potenter revoca; Catholicos tuâ gratiâ dirige, ut subditis suis bene sint, in pace & concordia mutua conservent, de hostibus Ecclesiæ triumphent; & ipsi sic per bona tempora transeant, ut æterna non amittant.

VI. Adesto quoque, Domine, Patribus, Fratribus, Sororibus, Affinibus, Amicis, Benefactoribus, Superioribus, Magistris, & Confessariis meis, omnesque mihi à te commissis, ac in premissis mihi commendatis; ut hanc vitam, secundum voluntatem tuam, sobriè, justè, & pie transigant, & pro beneficiis præstitis uberem in cælo mercedem percipiant.

VII. Subveni præterea omnibus afflictis, ægris, captivis, exulibus, itinérantibus, nascentibus, & toto

terrarum
adjuv
de on
optat
ducas

VI
tot m
Judæ
rum &

næ dar
omni
efficac
collust

amicâ
ovile i
Jesu C
tum m
oppro

IX.
cis me
malo,
omni
eos dèr

cos tu
gnare.
X.

terra

terrarum agonizantibus; ut eos gratiâ tuâ adjuves, solatio recrees, consilio dirigas, de omnibus necessariis provideas, & ad optatum æternitatis felicitis portum perducas.

VIII. Respice etiam oculo benigno tot millones Ethnicorum, Turcarum, Judæorum, Hæreticorum, Schismaticorum & Atheorum in præsentissimo æternæ damnationis periculo versantium; & omnium illorum miserere: gratiâ tuâ efficace eos præveni, veræ fidei radius eos collustra, timore tuo eosdem confige & amicâ quâdam violentiâ ad Ecclesiæ tuæ ovile intrare compelle; ne tot animarum, Jesu Christi Filii tui sanguine redemptarum myriades æternum pereant, & in opprobrium tuum infernum repleant.

IX. Ulteriùs, Domine ignosce inimicis meis, quia nesciunt, quid faciunt, pro malo, quod mihi optant aut inferunt, omni benedictione cœlesti eos reple, eosdemque non inter inimicos, sed amicos tuos peculiarissimos numerare dignare.

X. Succurre quoque omnibus fidelibus

H 5

bus

bus defunctis, præsertim iis, quibus
 gis obstrictus sum. I. Parentibus, Fra
 bus, Sororibus, Amicis & Benefacto
 bus. II. Animabus aliàs diutissime
 purgatorio attinendis. III. Animabus
 liberationi proximis. IV. Animabus
 fragiis vivorum maximè destitutis. V. S
 gularibus Jesu & Mariæ Cultoribus
 maximè Deum in cælo glorificaturis.
 sanctos Angelos Costodes earum illas
 lare, flammis tempera, pœnæ tem
 abbrevia, ut tormentis hisce citius
 tæ conspectu tuo amabilissimo atern
 perfruantur.

XI. Denique etiam & in primis
 ferere mei Deus, minimi famuli tui
 niaque ad salutem & perfectionem
 mei requisita, clementer indulge. Et
 dem I. Intimam pœnitentiam & plenam
 omnium peccatorum meorum remissionem
 nem & indulgentiam. II. Robur & auxili
 lium contra tentationes, præsertim
 ximè me infestantes. III. Perfectam
 cii & amoris proprii, cæterarumque
 sionum mortificationem. IV. Veram
 Mundi & omnium vanitatum ejus

temptum. V. Fidem vivam, Sapientiam
 & illustrationem intellectus in rebus di-
 vinis. VI. Spem & fiduciam firmam, in
 paternam Dei providentiam. VII. Pru-
 dentiam in medio, vitatis extremis, sem-
 per attingendo. VIII. Justitiam & vo-
 luntatem suam cuique tribuendi. IX.
 Temperantiam & sobrietatem exquisitam
 ad normam veterum Sanctorum. X. For-
 titudinem & magnanimitatem in aggre-
 diendis arduis & animum heroicum in
 quibuscunque adversis. XI. Sinceram
 intentionem, uni Deo in omnibus perfe-
 ctè placendi. XII. Fervens desiderium &
 studium veræ humilitatis. XIII. Donum
 Castitatis angelicæ. XIV. Inviictam in-
 contumeliis & persecutionibus patien-
 tiam & mansuetudinem. XV. Assiduam
 Christi Domini in agendo & patiando
 imitationem. XVI. Indifferentiam omni-
 modam in officiis, negotiis, locis, juxta
 Dei & Superiorum voluntatem. XVII.
 Plenam propriæ voluntatis resignatio-
 nem, & cum divina conformitatem.
 XVIII. Sinceram & inflammatam Dei &
 proximi charitatem. XIX. Zelum insatia-
 bilem

bilem & infatigabilem augendæ gloriæ
divinæ, & procurandæ salutis alieni
XX. In fide, charitate, statu, gratia
perseverantiæ finalis. XXI. Ardens pa-
triarum cœlestis desiderium. XXII. Refig-
tissimum & sanctum ex hoc mundo egre-
sum, & absque purgatorio, ingressum
cœlum.

IGNIS ET LIGNA seu

Considerationes & affectus
ad victimam Holocausti Eucharisticæ
Tempore Adventûs
pro septem hebdomadis diebus.

ANTE SACRUM *Consideratio excitatoria.*

Considera, Anima mea, solenne
inaugurationem Principum huius
mundi, ut ad Principum omnium
narcham ritè excipiendum animeris. Quo
sumptu & magnificentiâ equitum & ce-
rum; quo splendore nobilium & aulicorum
rum; quâ pompâ curruum & rhedanim
quo concentu & symphoniâ musicorum
quo strepitu tubarum & tympanorum;

tonitru tormentorum & bombardarum, quo luxu conviviorum & epularum; quo ornatu palatiorum & peristromatum; quo plausu tribuum & populorum excipiuntur Reges & Principes terrarum, qui tamen, utpote mortales, tanquam atomi & pulvisculi terræ sunt, si cum Majestate Dei infinitâ componantur? atque inde conclude, quo apparatu devotionis & precum, quo ornatu virtutum, quâ præparatione animæ potentiæ, quâ magnificentiâ, non exteriori quam despicit, sed interiore tantam Dei Majestatem excipere & tractare par sit. Hanc expende, inter se confer; & excitaberis.

Suspiria per diem.

I. Rorate cœli desuper & nubes pluant Justum: aperiatur terra & germinet Salvatorem. *Isaia 45.*

II. Utinam dirumperes cœlos & descenderes: à facie tua montes diffluerent. *Isai. 64.*

III. Quis mihi det te Fratrem meum, sugentem ubera matris meæ, ut te inveniam, & deosculer te, & jam me nemo despiciat. *Cant. 8.*

CHRISTUS Frater noster.

Matth. 28. Joan. 20.

Consideratio & Affectus. I.

De Corpore Christi. Pro die Dominica

QUIS mihi det Te, per incarnationem
Fratrem meum, olim in stabulo
natum & sugentem ubera Matris meae
Beatissimæ Virginis; jam verò beatum
glorificatum in cælis; ut inveniam te
augustissimo Altaris Sacramento, & de
osculer te, amanter sumendo; & tu vic
sim osculeris me osculo oris tui; ut que
admodum osculum incarnationis ded
naturæ nostræ, eidem hypostaticè unit
sic osculum mihi des reconciliationis
sanctificationis, corpori & animæ me
intimè conjunctus: & jam nemo ampl
sive Hominum, sive Angelorum, me
spiciat, ob tot nævos & infirmitates,
quas ob absentiam visitationis tuæ
nus ruo? Ah! credo, spero, amo
Deus meus:

Desidero te millies!

Mi Jesu, quando venies?

Et osculum hoc tribues?

Quis mihi det te, mi Frater Emmanuel
& in primis sacratissimum corpustuum,
non jam ampliùs in uteri virginalis clau-
stro, sed sub sacrarum spècierum velo
delitescens, non mortale, sed immortale;
non obscurum, sed sole ipso millies splen-
didius, agile, subtile, gloriosum; tantâ
pulchritudine & elegantia, ut omnium
intuentium corda rapiat! Credo, spero,
amo te Deus meus:

Desidero te millies!

Mi Jesu quando venies?

Ut Frater Fratrem visites?

Consideratio & Affectus I I.

De Anima Christi. FERIA II.

Quis mihi det, te Fratrem meum ô Je-
su gratiosissime! & sanctissimam
Animam tuam, divinitatis sole penitus in-
dutam, cum gratia adeò immensa, ut in-
comparabiliter omnes gratias excedat
omnium Hominum & Angelorum: tantâ
sapientiâ & justitiâ plenam, quanta decet
Animam personaliter unitam Unigenæ
Filio æterni Patris, qui sol est splendoris
infiniti, in cuius præsentia omnes cæle-
stium

Am

stium Hierarchiarum Spiritus longè
nùs splendent, quàm stellæ in præsentia
Solis. Credo, spero, amo te, Deus meus

Desidero te millies !

Mi Jesu quando venies ?

Ut verè me sanctifices ?

Consideratio & Affectus III.

De Intellectu Christi. Feria III.

Quis mihi det te Fratrem meum, ô Je-
Sapientissime ! & perspicacissimum
intellectum tuum, in quo sunt omnes the-
sauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi
tu enim non tantùm intellectu divinitus
verùm etiam humano lumine gloriæ illu-
strato excellentissimè vides divinam Tri-
nitatem, Sanctissimam Trinitatem, &
omnesque scientias naturales perfectissimè
possides : à quo omnis scientia & sapie-
tia dimanat Hominum & Angelorum
Credo, spero, amo te Deus meus : Desidero
te millies ! mi Jesu quando venies ?
plenè me illumines ?

Consideratio & Affectus. IV.

De Memoria Christi. Feria IV.

Quis mihi det, te Fratrem meum
Jesu omniscie ! & perfectissimam me-
moriam

memoriam tuam, quâ tenes & clarissimè cognoscis omnia præterita, præsentia & futura: omnia dicta, facta, cogitata bona & mala hominum & Angelorum; & mea in primis delicta, totius vitæ curriculo commissa, ut punias, opera verò bona ut præmio afficias. O Anima mea: taperi oculos fidei: en ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos specierum sacramentalium, omnia penetrans etiam cordis intima. O Domine! ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum; citò anticipent nos misericordiae tuæ: si enim iniquitates observaveris, Domine, quis sustinebit? Credo, spero, amo te, Deus meus: Desidero te millies! mihi Jesu quando venies? meâsq; noxas abluēs?

Consideratio & affectus V.

De Voluntate Christi. FERIA V.

Quis mihi det, ô Frater amabilis! cum anima, voluntatem tuam in venerabili Sacramento quoque absconditam, omnibus Sanctitatis & virtutum thesauris refertissimam, instat fornacis ardentem amore Dei & proximorum; & mei in primis minimi & indigni Fratris tui: atque

atque instar solis, humilitatis & mansuetudinis, patientiæ & obedientiæ, charitatis & misericordiæ radios longè late evibrantem? credo, spero, amo te Domine meus: Desidero te millies! mi Jesu quando venies! ut me tibi assimiles.

Consideratio & Affectus VI.

De Corde Christi. Feria VI.

Quis mihi det, te Fratrem meum amabile cor tuum, plenum thesauris cœlestibus omnium deliciarum, quas tuis ex copiosissimo flumine gaudiorum Dei, usque ad summam saturitatem desideriorum tuorum, in tanta plenitudine ut quod supereffluit, replere possit omni lætitiâ? O vinum lætificans cor hominis lætifica me! ô manna absconditum cœlestis dulcedine immensa, refice me! O manna cœleste, in quo sunt omnes saporum suavitates possibiles ad delicias & solatium Justorum, recrea me! O panis pinguis præbens delicias Regibus non vitiorum suorum mancipiis, exhilara & confortame me! Indignum fateor est hisce cupiditate cor meum, terrena adhuc sapiens, & cupidè quæ sursum sunt, quærens: sed

men, credo, spero, amo te Deus meus:
Desidero te millies! Mi Jesu quando ve-
nies? me lætum quando facies?

Consideratio & Affectus VII.

De Divinitate Christi. Sabbatho.

Quis mihi det, te Fratrem meum, ô
Jesu divinissime! Unigenitum Patris
Filiū infinito nostri amore æstuantem;
& propter nimiam charitatem sic se ex-
iniantem, atque ad nos fratres degene-
res ac moribus dissimiles te demittentem?
Quis mihi det quoque æternum Patrem
tuum, Creatorem nostrum sic nos dili-
gentem, ut te Filium suum unigenitum
nobis daret, & tecum propter naturæ di-
vinæ unitatem ad hoc Sacramentum de-
scenderet! Quis mihi denique det Spiri-
tum Sanctum, Paracletum, & Advocatum;
amoris infiniti incendium, tecum & cum
Patre ad nos orphanos venientem & man-
sionem apud nos facientem? O Abyssus
charitatis & misericordiæ! ô excessus li-
beralitatis & beneficentiæ! Ah! Credo,
spero, amo te Deus meus: Desidero te
millies! mi Jesu quando venies? Ut mor-
tuum vivifices, Et hominem deifices?

Affectus

*Affectus virtutum considerationibus
dictis indies subjungendi.*

I. FIDES.

Quis mihi det, ô Jesu amantissime, fide vivâ te suscipiam, firmissimè credam, & sanguinem pro hac veritate profundam; quòd, sicut propter nimiam charitatem quâ dilexisti nos, non reputas immensâ Majestate tuâ indignum, formam servi suscipere, materna viscera subire, postmodum in crucis stipite inter latrones animam exhalare, ut nos redimeres; quoque non dedignatus sis, formam carnis assumere; ad nos pauperculos Fratres descendere, interiora nostra penetrare, esurientesque pascere, ut donis tuis celestibus nos repleres. Ah! credo, spero amo te Deus meus: Desidero te mihi Jesu, quando venies? ut fidem meam robores?

II. HUMILITAS.

Quis mihi det, ô Jesu humillime, cum omnium Sanctorum humilitate, ad hoc Sacramentum & sacrificium tremendum accedere? sed quâ fronte audeo propinquare ad te, Fratrem excellenti

& dignitatis infinitæ? Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & ego deformis: tu mitis es, & ego ferus; tu lenis es Jacob, & ego Esau pilosus, tuisque sanctis moribus dissimilis.

Tu pulcher es, dilecte mi, secundum divinitatem: quia splendor es gloriæ Patris, Candor Lucis æternæ, *omnem pulchritudinis rationem & perfectionem infinitam à te ipso ab æterno possidens, sine ulla diminutione aut variatione; exemplar, prototypon, fons & causa omnium pulchritudinum creatarum & possibilium.* (S. Dionys.) Et quomodo audebit accedere ad te, mea deformitas? Umbra ad Solem lucidissimū, ad splendorem immensum caligo, ad ignem infinitum fumus

Tu pulcher es, dilecte mi, etiam secundum Humanitatem, propter unionem ad Verbum, & visionem beatificam, atque ob inexhaustos gratiarum torrentes; speciosus formā præ filiis hominum tam regnantium in cœlis, quàm in terris militantium. Et quomodo conjungetur candori fuligo, puritati macula, malitia Sanctitati? O Frater charitatis & liberalitatis

litatis

litatis immensæ! vel guttulam asperges
 immenso gratiarum tuarum oceano,
 sordibus peccatorum & imperfectionum
 ablutis, dignior accedam ad fontem puri-
 tatis. Radium concede ex splendidissimo
 Sole, ut, fugatis tenebris, in lumine tuo
 videam, cognoscam, amem te Lumen
 ternum, tibi que quodammodo assimila-
 tus, & conjunctus amore, illustre parens
 efficiar. Credo, spero, amo te Deus meus
 Desidero te millies! mi Jesu quando re-
 vies, & humilem me facies?

III. SPES.

Quis mihi det te Fratrem meum, tam
 tâ spe & fiduciâ in Sacramento susci-
 pere; quantâ vel ipsa Mater tua sanctissi-
 ma, vel ullus amicorum tuorum unquam
 te suscepit! sed cùm ea desit; firmissimè
 men in effusissimâ benignitate tuâ confide-
 re. Quid enim negabis indigo & pauperculus
 Frater ditissimus & liberalissimus? O
 Regis æterni? O Cœlestis Jonatha? quare
 ego non sperem à Te si David, si amicus
 tuus esse studeam? Si enim Jonathas es
 spoliavit se tunicâ suâ, deditq; eam Davi-
 di; & reliqua vestimenta sua, usq; ad gle-

dium suum & arcum suum, & usq; ad
 baltheum; quid non expectabo à te mil-
 lies ditiore & liberaliore? qui amore no-
 stri exspoliasti & exinanivisti te, formam
 servi & cibi accipiens, ut nos virtutum
 tuarum vestimentis & armis exornares?
 Credo, Spero, amote Deus meus: De-
 fidero te millies? Mi Jesu quando venies,
 ut spem meam corroboretis?

I V. CHARITAS.

Quis mihi det te Fratrem meum aman-
 tissimum, in hoc amoris Sacramento
 tam fraternâ tenerâque dilectione com-
 plecti, atque ullus amantium unquam te
 complexus est? Quemadmodum anima
 Jonathæ conglutinata fuit animæ David,
 & dilexit eum Jonathas quasi animam su-
 am: sic & tu, divine Jonatha, conjunge-
 re & conglutinare animæ meæ; eamque
 dilige, stringe & amplectere quasi ani-
 mam tuam: indue eam, obsecro, pretio-
 sâ gratiæ tuæ tunicâ; orna eam præclaris
 virtutum tuarum vestimentis, donorûm-
 que cælestium armis; ut simus cor unum
 & anima una: siquidem tu es anima meæ
 animæ, vitæque meæ vita, per quam
 sumus

sum & vivo. Oficium Apostolo in
ritate dicerem: Vivo ego, jam non ego
vivit verò in me Christus: Gal. 2. C
do, spero, amo te Deus meus: De
ro te millies! Mi Jesu quando venies
me amore vulneres! & me tecum
glutines!

*Oratio I. ad B. V. Mariam
pro ope & assistentia in Sacro.*

Assiste mihi sacrificanti benignissimè
Mater, & Virgo Maria, ut Filium
tuum unigenitum, quem purissimis
ceribus concipere & portare meruisti
ego mundo corde & casto corpore re
pere merear. Per eundem Christum D

Oratio II. ad SS. Angelos.

S. Archangele Michael. S. Gabriel.
Raphael, tuque in primis S. mi Ang
le Tutelaris assistite mihi ad aram facie
cumque me virtutibus & meritis de
tum videatis, vestris me virtutibus &
ritis exornate; ne in hoc divino con
vio sine veste nuptiali comparens
indignus repellar.

*Oratio ad Sanctum hodiernum
de quo Sacrum celebratur.*

Impetra mihi ô Sancte N. à Rege,
Sanctorum omnium Jesu Christo Do-
mino nostro, ut eâ puritate, intentione,
& attentione hæc sacrosancta Mysteria
peragam & suscipiam, quâ tu in terris
quondam eadem peregristi aut suscepisti;
Per eundem Christum Dominum no-
strum. Amen

Agenda sub Sacrificio Missæ.

Imaginare tibi vel domum Nazarethã
nam, aut ades S. Zacharia ejusdemque
Sanctos incolas, aliũve pium locum in
quo celebres, & toto sacrificij tempore
mysteria vite Christi in Missa represen-
tata, memoriã recale.

I. sub descensu ex altari considera Dei
Filiũ de cœlis descendentem in uterum
Virginis. II. sub Introitu & Kyrie desi-
deratum à Patribus. III. sub Gloria
Christum natum. IV. sub collectis agere
tam vitam privatam. V. sub Epistola &
Evangelio Concionantem. VI. sub Offer-
torio anhelantem & preparantem se ad ul-
timum

I

timum

timam Coenam & Crucem. VII. Sub Passum ad
 fatione ingredientem Hierosolymis ador
 VIII. Sub Elevatione crucifixum. Sine, inti
 Canone passum, mortuum, sepultum.
 Sub Pax Domini, Resurgentem. X. PO
 Communione, per gratiam & presentia
 Sacramentalem se unientem fidelibus. Abso
 Sub Benedictione ascendentem ad caeli vel
 XII. Sub Evangelio S. Ioannis venturum
 Judicem. ius. S
 surpari

Sub consideratione horum mysteriorum
 eliciendi actus fidei, spei, charitatis, iustitiae
 litatis, contritionis, compassionis, gratitudinis,
 gratitudinis, adorationis, glorificationis, qui
 nis, v.g. Ad Kyrie, ter à Deo Patre Creator
 ter à Christo, ter à Spiritu Sancto rator me
 tendo ut misereatur. Ad Gloria, epus &
 animo Deum laudando, benedicendo, que Frat
 Ad Evangelium & Symbolum, fidei multo Fr
 ercendo, ad singulos articulos dicendo. Oti, jam q
 do. Cum tota caelesti aula ingemundis, r
 Sanctus. Ante Consecrationem renouale mod
 intensionem, optando & praefigendo inuisere
 quam Christus instituens, & postea. S. i. ficatione
 habuere. Sub Elevatione Christum in nomin
 eterno offerendo. Sub genuflexione. Alva me

Sub *istum adorando, atque ab omnibus creatu-*
colymis adorari eum optando. Sub Communio-
um. Sine, intimè ipsi uniri desiderando, &c.

POST SACRIFICIUM.

Absolutis consuetis orationibus ex Mis-
sali vel Diurnali, aliisq; privatis devotio-
nibus. Si tempus ferat, hi similesve affectus
surpari queunt.

I. FIDES.

O Domine! ego fide firmâ credo, &
 credidi, quia tu es Christus Filius Dei
 unigeniti, qui in hunc mundum venisti: Tu es
 Creator meus, Salvator meus & Glorifi-
 cator meus. Tu Spiritûs Sancti operâ con-
 ceptus & natus es ex Maria Virgine, ideo-
 que Frater noster es, imò primogenitus in
 multis Fratribus. Tu es qui venturus fu-
 isti, jamque venisti Messias & Redemptor
 mundi, non alium expectamus. Tu idem
 modo in hoc amabili Sacramento me
 invisere dignatus es, meæ salutis & san-
 ctificationis gratiâ. Benedictus, qui venit
 in nomine Domini, Rex Israël! O sanna!
 salva me in excelsis.

I 2

II. ADO.

II. ADORATIO.

ADoro te devotè latens Deitas, & animum hominum à mundi primo adventum Messiaë præstolantium adorationibus te adorare desidero. Adoratori Salvatori mi, & omnibus illis adorantibus, quibus te incarnatum & Angelis cœlis, & B. Mater tua adoravit in te adorare te cupio. Quàm gaudeo tot genibus flexiones, tot internas externasque adorationes, tot capitis corporisque inclinationes, tibi exhiberi tam regnanti in quàm exposito in aris, aut elevato in altariis sacrificiis. O Jesu Frater amabilis! Ego Dominus Fratrum tuorum, & curventur coram te Filii Matris tuæ, adorantque te Ecclesie Filii, unà cum Hæreticis & infidelibus!

III. HUMILITAS.

Sed unde hoc mihi, ut veniat Dominus & Deus meus ad me? Dominus altissimus, Justus ad Peccatorem, ad Cœcū innocens Abel, ad Esau mitis Jacob iniquum Sanctus Sanctorum! Quis dignatio! verè Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum; sed quæ

tibi sic placet implere omnem justitiam,
 ejusdem me participem redde. Utinam in
 adventu tuo omnia idola *Aegypti*, & mon-
 stra vitiorum meorum corruant! Utinam
 omnis mons & collis superbiæ humille-
 tur; & vallis, humilitatis gratiâ repleatur!
 ut sint prava in directa, & aspera in vias
 planas, summâque lætitiâ ad me revertas.

IV. SPES.

Tues, Domine, spes mea, à juventute
 mea: tu es summum bonum meum,
 quod super omnia & præ omnibus bonis
 desidero, ad quod toto corde tanquam ul-
 timum scopum anheo. Innixus huic infal-
 libili promissioni tuæ: Qui manducat
 hunc panem vivet in æternum. *Joan. 6.* non
 tantum omnia media ad salutem necessa-
 ria, verum vitam, gratiam, & gloriam à te
 spero: tu enim es spes omnium finium ter-
 ræ & in mari longè, à quo omnes nationes
 bona sua expectant & petunt. O libera-
 lissime *Jonatha*, nostri amore ardens, in te
 confidit Anima mea: Da igitur pretiosam
 gratiæ divinæ tunicam; da pulcherrimam
 charitatis & virtutum supernaturalium ve-
 stimenta; tribue etiam donorum Spiritus

I 3

Sancti

Sancti arma & auxilia gratiæ huic
 mento propria ; adde gladium, & a
 inspirationum tuarum, ad hostes unive
 fortiter debellandos : quin & baltheo
 me præcinge, quo tanquam miles tuus
 signatus sub crucis Labaro strenuè mil
 & coronam legitimè certantium ob

V. CHARITAS.

O amabilissime Emmanuël ! te
 nunc intimè præsentem amo in
 magis atque magis amare te desidero
 nitè amabilem. O si dulcissimo & ar
 fissimo corde Matris tuæ te dilige
 vel Seraphinorum amore æstuantium
 cendia sentirem ! Amore tui impulsus
 culor in spiritu amabiles pedes & te
 manus tuas, ac benedictionem flagito
 culor divinum cor tuum, fornacem
 ris ardentissimam, & ejusdem scint
 postulo. Osculor, si sinis, sacratissim
 Os tuum, & spiritum tuum haurire
 dero. Amplector totum tenerrimum
 pusculum tuum ; & arcto amoris vi
 tecum uniri cupio. At tu vicissim
 amantissime Salvator, non nega mihi
 sulum instructionis per illuminat

internas & sacras literas: da mihi osculum familiaritatis per conversationem internam: osculum amicitiae per incrementum continuum charitatis & gratiae, peculiariaque auxilia fortiter excitantia, adjuvantia & extollentia animam meam ad te summum bonum meum. Denique osculum mihi præbe beatitudinis æternæ, quo Essentia tua divina animæ meæ jungatur & perpetuò possideatur in cœlesti gloria. Amen.

V. l. *Gratiarum actio, Oblatio.*

Redemptor mi & Frater, totus desiderabilis, quanta tua est erga me pauperem liberalitas! præbuiſti mihi sacratissimum corpus tuum cum membris omnibus: dedisti nobilissimam animam tuam cum potentiis & thesauris sapientiam, scientiæ, charitatis, virtutum & meritorum tuorum: Adoro, laudo, benedico te, & gratias summas refero: sed quid rependam amanti tanto? Suscipe Domine universam meam libertatem; accipe memoriam, intellectum, atque voluntatem omnem: quidquid habeo vel possideo mihi largitus es; id totum restitue.

tuo.

„ tuo ac tuæ prorsus voluntati tu
 „ gubernandum: amorem tui solū
 „ gratia tua mihi dona, & dives sum
 „ nec aliud quidquam ultrā posco. S
 „ *natus in libel. exercit.*

VII. PETITIONES

Liberalissime Salvator, & primoge
 „ omnis creaturæ, visitare jam dign
 „ es egenum Fratrem tuum, & in dom
 „ ejus descendere: utique ut in temp
 „ opportuno aperiās manum tuam & c
 „ me impleas benedictione: effice
 „ nunc id, ad quod venisti.

I. Veniens in domum Zachariæ,
 „ nem cognatum tuum mox à peccato
 „ ginali mundaſti: ſimiliter lava me
 „ quitate mea, & à peccatis meis etiam
 „ nimis, munda me.

II. Eundem Præcurſorem tuum
 „ ſti Spiritu ſancto: ah! Spiritum ſanctum
 „ um ne auferas à me; ſed Spiritum reſta
 „ innova in viſceribus meis!

III. Uſum rationis Baptiſtæ tuo
 „ lerasti, ut te Verbum Divinum incarna
 „ agnoſceret. Illuſtra quoque me, ut
 „ rim te, & effectus ſentiam tuæ beati
 „ præſentia.

IV. Tantâ ne otēm tuum perfudisti læ-
ritiâ, ut præ gaudio exultaret in utero: ah!
me quoq; dignum effice; cui infundas læ-
titiæ spiritum, cum tantis jubilis, ut extra
meipsum effundar & exire cupiam.

V. Dono prophetiæ illum exornasti, &
mox ipso opere prophetavit & innuit præ-
sentiam Salvatoris, tollentis peccata mun-
di. Concede mihi ut perfectè tibi serviam
operibusq; prophetem, te Agnum Dei
esse qui vitam & salutem mundo tribuar.

VI. Elisabetham Præcursoris tui Ma-
trem Spiritu sancto afflâsti, atque ad agni-
tionem & laudes sanctissimæ Genitricis
tuæ excitasti. Obsecro, reple me, excita
me & omnium corda fidelium ad Virgi-
nis Matris tuæ præconium.

VII. Denique quemadmodum Beatum
Baptisten tuum vi visitationis tuæ, ad vi-
tam sanctam, abstinentiâ, pœnitentiâ &
contemplatione mirabilem ducendam ro-
borasti; ita & mihi ejusdem temperantiæ,
pœnitentiæ, orationis, aliarumque vir-
tutum constantem effectum imprime, ut
novis visitationibus & gratiis dignus ef-
ficiar. Qui vivis & regnas &c.

Hymnus & Benedictio.

Benedic Anima mea Domino, & omnia
quæ intra me nomini sancto ejus,
Benedicite Appetitus & memoria
Domino; laudate & superexaltate eum
secula.

Benedicite Intellectus & Ratio
Domino; laudate & superexaltate eum
secula.

Benedicite Spiritus & Voluntas
Domino; laudate & superexaltate eum
secula.

Benedicite Corpus & omnia ossa
Domino; laudate & superexaltate eum
secula.

Benedicite Venæ & arteriæ, nervi
omnia membra mea Domino; laudate
superexaltate eum in secula.

Benedicite sensus & potentia mea
Domino; laudate & superexaltate eum
secula.

Benedicite omnia opera Domini
Domino; laudate & superexaltate eum
secula.

*Vbi semihoram, aut saltem horam
diutem recollectioni dederis, Benedicite*

*nem pete dicens: Recedo à te paululum,
mi Jesu, sed non sine te; at non dimittam
te, nisi benedixeris mihi, ô Benedicte in
secula!*

Mihi indignissimæ creaturæ suæ bene-
dicat Omnipotens Deus Pater, & Filius, &
Spiritus Sanctus, Amen.

*Observa hoc tempus à Sacro pretiosissi-
mum, aptissimumq; esse ad omnia dona à
Salvatore presente impetranda: ideoq; non
festinandum ad lectionem, scriptionem, a-
liæve etiam spiritualia: quid Libri te doc-
cebunt, quod ab hoc Magistro non disces
uberius! Propone ei necessitates tuas & par-
ticula boni doni non te pretereat.*

II.

IGNIS ET LIGNA
AD VICTIMAM HOLOCAUSTI
EUCCHARISTICI.

Seu

Considerationes & affectus
Pro Missæ Sacrificio à Nativitate Domini
ad Quadragesimam.

I. 6

CHRI.

CHRISTUS MAGISTER.

Magister vester unus est Christus, *Matt.*

Consideratio excitatoria.

Salomon Regum sapientissimus Templum Majestati divinæ magnificentissimum septem annis condidit; tanto splendore & elegantia, ut nihil in eo reperiret quod auro purissimo non tegetur; ut arcam fœderis in eo collocaret. Et ego Templum Dei sum, in quo non Arca, sed Dominus collocabitur: quibus igitur aurum & argentum cœlaturis & figuris? quo auro & argenteis illud mihi adornandum erit? quando illum in Templum hoc introducat qui vix mediam devotè novi experiri horam; & utinam vel semel dignè meditari.

Suspiria per diem.

I. Magister bone, quid faciendum est ut æternam possidebo? *Luca 18.* Docere me justificationes tuas.

II. Lux vera, quæ illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, illumina me! Loquere Domine quia servus tuus.

III. Transeamus usque Bethlehæm.

videamus hoc Verbum quod factum est,
& audiamus quid loquatur in nobis Do-
minus.

*Orationes preparatorias recita, & Sa-
crum celebra, jam veluti in stabulo Bethle-
hemico ad præsepe Domini, coram Beatif-
sima Virgine, S. Josepho, Angelis, Pastoribus,
Tribus Regibus; aliàs veluti in templo Hie-
rosolymitano coram S. Simeone & Anna.*

ANTE SACRUM

I. Humilitatis Affectus.

ANima mea transeamus usque Bethle-
hem & videamus hoc Verbum quod
factum & incarnatum est: & audiamus
quid loquatur in nobis: nam stabulum est
gymnasium, præsepe Cathedra, Iofans
Doctor Justitiæ, non tam verbo, quàm
exemplo clamans, ut discas esse mitis &
humilis corde.

O Magister humillime! quemadmo-
dum in stabulo natus infantili specie om-
nia magnalia tua contegendo altissima hu-
militatis perfectionem doces; ita sub spe-
ciebus Escharisticis maiestatem, potenti-

am & sapientiam infinitam occultant
 profundissimæ humilitatis lectionem
 inclamas.

Utinam velut discipulus capax doctri-
 nam hanc benè apprehenderem! doce
 obsecro, mundum, exemplo tuo, con-
 temnere, honores fugere, magnos
 magna declinare; doce me velle late
 humilia eligere, dona tua abscondere,
 lenta mea non jactare, ut in humilitate
 schola sit discipulus sicut est Magister
 ejus.

II. Fides.

O Divine Magister! scimus quia veram
 & viam Dei in veritate doces: doce
 me, obsecro, vias tuas & veritates tuas
 sed in primis doce me credere. Fides
 auditu est, inquit Apostolus, auditu
 autem per verbum Christi. Ecce audio
 verbum tuum; audio promittentem
 Joan. 6. *Panis quem ego dabo Caro mea
 est pro mundi vitâ: & Caro mea verè
 est pro mundi vitâ: & Sanguis meus verè est pro
 mundi vitâ.* Credo Domine tibi loquenti, quia tu
 prima veritas. Audio quoque promittentem
 implentem: Matth. 26. *Accipite & comedite*

dite: Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur: & credo firmiter, quia tu es suprema Veracitas: ne verò rei novitas & beneficij magnitudo fidem superet, mysterium Incarnationis tuæ, Eucharistiæ mysterium confirmat. Quemadmodum enim credo, Verbum carnem factum esse per hypostaticam unionem; sic & credo panem corpus tuum factum esse per transubstantiationem. Et veluti credo corpus tuum in utero Virginis conceptum esse Spiritu sancto obumbrante, conjunctione omnium mirabilissimâ; ita pariter credo panem conversum esse in corpus tuum, verbi tui omnipotentis virtute, conversione omnium prodigiosissima. Credo Domine infallibilibus verbis tuis, adjuva incredulitatem meam, & mihi concede hanc fidei veritatem vel sanguinis profusione contestari.

III. *Desiderium*

O Jesu desideratissime! doce me, ardentè desiderare te: doce me eâ charitate & devotione, eo fervore & desiderio anhelare ad te, quo tot Sancti Sacerdotes, aliique devoti Famuli tui ad te anhelârunt.

Et

Et quomodo non vehementi concupiscentia ferar in te Domine! Ego enim cæcus, tu lumen: ego egenus, tu thesaurus; ego famelicus, tu cibus: ego rudis, tu Discipulus, tu Magister sapientissimus. Ah! doce me desiderare & amare, quare & invenire te. Tu tantopere desideras visitare me; & ego non anhelem ad te. Cur, obsecro, sacra mensa tua semper parata, paratæque stat, nisi ut accedam? Cur ad eam toties invitans, nisi ut veniam comedam & bibam? *Omnes sitiens inquis; venite ad aquas, properate, et sitite, comedite, venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum & lac. Isaia 55. Comedite bonum, & lætabitur in crassitudine anima vestra.* Liberalissime Salvator! sitio; da mihi hanc aquam, ut non sitiam iterum. Esuriam; da mihi hunc panem, ut non appetam amplius cibum qui perit; sed qui permanet in vitam æternam. Desidero unice hoc cibum, eminenter bonum, & eminentius pulchrum: *Quid enim bonum ejus est, nisi quid pulchrum ejus, nisi Erumentum Electorum, & vinum germinans Virginitatis tuam.*

Zacharia
tum;
Electo
hoc vi
fufcite
Virgin
hi hoc
nutria
ita alli
sus ab
fastidia

VEn
cia
folida
non sp
cælum
descer
Angel
in me
rente
manna
quo c
& me
Ostend
tuam

Zacharia

Zachar. 9. Præbe igitur mihi, hoc frumentum; ut frumentum Christi sim, & inter Electos numerari merear. Propina mihi hoc vinum, quod ignem libidinis non suscitet, sed extinguat; non Veneris sed Virginitatis amorem ingeneret. Offer mihi hoc cœleste Lac, quod animam meam nutriat, & impinguet, ac dulcedine suâ ita alliciat, ut ab lactatus à lacte, & avulsus ab uberibus mundi, terrena omnia fastidiam.

VI. Spes

VENIO ad te, O Spes mea Jesu! ut fiduciam meam augeas, ut spem firmam, solidasque virtutes me doceas. Et quid non sperem à te? O infinita bonitas! ut ad cœlum nos evehas; tuè cœlo in stabulum descendis: ut ad consortium nos eleves Angelorum; tu reclinare non dedignaris in medio animalium: ut voluptatis torrente nos reficias in æternitate, præbes manna cœleste, in hac peregrinatione, quo confortati ad terram promissam lacte & melle manantem alacrius tendamus. *Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. psal. 84.*

Con

Concede nobis, hoc manna divinum:
 nem nostrum super substantialem da
 hodie, corpus scilicet tuum cum anima
 & divinitate; ut, dum hisce reficimur
 mores generosos & spiritus tuos imbuamur,
 vitamque deinceps angelicam
 propè divinam ducamus. O Spes mea
 firmamentum meum ! hoc est quod
 cè desidero, spero atque enixè flagito
 quemadmodum cibus naturalis corpus
 suas qualitates imprimat; ita hæc super
 naturalis alimonia divinas virtutes tuas
 impertiat: & quemadmodum cibus
 potus corporis generat spiritus vitæ,
 operum naturalium sunt principia
 cibus & potus spiritualis Corporis &
 guinis tui producat in me spiritus
 non humanæ, sed divinæ; inspirationes
 scilicet & illustrationes à quibus
 cœlestia procedant. Ut velut alter
 Cibi hujus cœlestis virtute confortatus
 ascendam ad montem Dei Horeb; cœlestem
 tæque pergam de virtute in virtutem
 nec ad earum culmen perveniam.

V. Obedientia.

O Magister & Speculum perfectissimæ obedientiæ! qui descendisti de cœlo, non ut faceres voluntatem tuam; sed ejus, qui misit te, Patris, atque etiam dilectissimæ tuæ Matris, cui subditus fuisti: quàm heroicam nos doces obedientiam; dum ad verba Sacerdotis consecrantis è cœlo te demittis, & sub panis & vini speciebus te collocas? Est sanè hæc obedientia tua I. ad nutum celeris; ita ut nec ad momentum temporis adventum tuum differas. II. Est universalis ad omnes Sacerdotes etiam malos, ad omnem locum & tempus se extendens. III. Est constans & perseverans usque ad finem mundi, absque defatigatione aut tædio, etiamsi subinde irreverenter & indignè tracteris. Obstupefcite Cœli super hoc!

O Præceptor optime! desidero te, intimè suscipere in domum meam, quemadmodum Martha, ut tibi obediam, serviam & placeam. Desidero ubi te excepero, sedere ad pedes tuos, & audire verbum tuum, ut spiritualem mihi refectio-
nem velut Mariæ sorori ejus præbeas, &
ani-

animam meam in veram Bethaniam,
est domum obedientiæ convertas. Ve
ergo Domine; & in obedientiæ perfectæ
disciplina me instrue: Concede ut ob
diam Tibi ac Prælatiis meis obedientiâ
leri, mandata non differendo; sed illa
alacriter exequendo: obedientiâ univ
sali in omnibus, etiam arduis, nullo
cepto, & absque replica: obedientiâ con
stante & perseverante usque ad mortem
ut hac ratione in domo meâ velut in ga
Bethania cum gaudio permanear.

VI. Misericordia.

O Redemptor misericordissime
usque demittis te, ut mortalium
feriis succurras, ut ignorantes doce
famelicos pascas, sitientes potes, im
mos visites, nudosque gratiæ tuæ pal
mento contegas? Nequæ hæc solum
stas mundi Monarchis ac Principibus
rùm etiam infirmis mendicabilis, & quæ
magis stupendum est, peccatoribus; mi
pœnitentiam agant, cum gaudio apud
manendo, qui ante fuerant Dæmoniorum
hospitia. O Magister bone! verè mi
cors & pie! emolli cor meum adama

num, eximiamque ei erga indigos commiserationem imprime: ut sicut tu opera misericordiae exhibes mihi misero in Venerabili Sacramento; sic ego quoque proximo meo egenti eadem exhibeam; quo beatitudinem & misericordiam consequar: dixit enim: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Matth. 5.

VII. Charitas.

ECce venio ad te, Rabboni amantissime, & per cor tuum dulcissimum, suavissimaque Matris tuae te deprecor, ut doceas me diligere te, ex toto corde. Extremum quidem fuit opus amoris tui, quod naturae nostrae tenuitatem assumere, atque ad infantiles miseras te abjicere dignatus sis: at non minus excellens est opus amoris, quod Corpus & Sanguinem tuum, in cibum, potumque nobis donaris: in illo siquidem nostram suscepisti humanitatem; in hoc largiris etiam divinitatem. Quapropter doce me, diligere: doce me amorem tam eximium, amore compensare: cumque amor similes aut inveniatur, aut faciat; fac me qualem desideras, virum secundum cor tuum, humilitate parvulum.

casti-

castitate Angelum, amore tui flagrantem Seraphinum. O Ignis qui semper ardes, nunquam extingueris! accende me, ut diligam te ex tota mente, & ex tota fortitudine. Amen.

Oratio ad B. Virginem pro assistentia.

Assiste mihi, obsecro, O piissima Mater, & veluti Magistra Sapientiae doce me, eâ devotione ad aram accedens, quâ tu ad cunas Domini accedebas; eâque reverentiâ & charitate Filium tuum tangere, elevare, ac tractare in Sacrificio, quod tu eum tractabas in stabulo Bethlehemico ac Nazarethana domo, ut gratias favores tibi exhibitos degustare merearis. Per eundem Christum Dominum nostrum

Oratio ad SS. Angelos.

Assiste mihi celebraturo Sancte mihi Angele Tutelaris, cum tota multitudo militiæ cœlestis, quæ in Natali Domini canticum gloriæ in excelsis cecinit, & Pastoribus gaudium magnum evangelizavit, ut Verbum incarnatum non pannis involutum, sed panis accidentibus repletum ara inveniam, ut cum Pastoribus magni

hujus gaudii particeps efficiar. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen

Oratio ad Sanctum hodiernum.

Adesto quoque mihi, O Sancte gloriose N. & efficaci patrocinio tuo hunc à Nato Salvatore favorem exora; ut festis hinc natalitiis, eâ mentis illustratione, voluntatis ardore & spiritualium gaudiorum abundantia, divina mysteria peragam, quâ tu in terris degens eadem peregisti. Per eundem Christum Dominum nostrum.

SUB SACRO.

Sacrificium perage, veluti in stabulo Bethlehemitico coram B. V. S. Josepho S. Angelis, Regibus, & Pastoribus: atque observa, quomodo oculi & animi omnium in Christum tanquam Magistrum intenti, ut coelestem sapientiam ab eo hauriant. Imitare, & toto sacrificij tempore defixis in Salvatorem mentis oculis & auribus, vide quid agat, & ausculta quid loquatur in te Dominus sub Introitu, Gloria, Evangelio, aliisque Missæ partibus, ac præsertim sub Elevatione & Communionem, ac postea

postea in recollectione: illa verò, qua
 rat, conserva in corde tuo, & promp
 sequere: tendunt enim eò omnia, m
 das velut alter Christus, cuius per
 sustines, vitâ & moribus ei simili
 sit Discipulus sicut est Magister ejus.

POST SACRUM

Affectus.

I. Salutatio, Optatio, & Oblatio.

Ave Rabboni amantissime! ave Ma
 ster dulcissime! ave Domine mi
 Christe, & infinitè millies salve! O
 ne Infans, amor meus & omnia! quo
 te excipiam? quibus verbis te salutabo?
 signa benevolentiae exhibebo? quo
 xu te stringam? O si haberem purissim
 Marris tuae pectus, quo te exciperem
 sephi aestimationem, quâ te stupere
 gelorum cantica, quibus te glorifica
 Regum munera, quae offerrem! omni
 mortalium obsequia, quibus tibi servit
 O si haberem Bernardi tui osculum, B
 cisci fletum, Ignatii silentium, Cathar
 Senensis desiderium, quibus amore

dium & affectum meum contestarer! Ve-
 rum cum nihil horum in me reperiam;
 suscipe omnem libertatem & voluntatem
 meam; accipe totum corpus & animam
 meam in possessionem ac Domum tuam;
 ego enim illa, cum omni potentiarum ac
 sensuum familia ad omne obsequium &
 beneplacitum tuum promptus sisto.

I. Humiliatio & Laudatio.

Sed unde hoc mihi, ut Salvator & Re-
 demptor meus veniat ad me? Unde
 hoc mihi, ut veniat Magister ad Discipu-
 lum, Dominus ad servum, Lux ad tene-
 bras, Justitia ad iniquitatem? Benedicta
 sit tam profunda humilitas! laudata sit
 tam sublimis charitas! Superexaltata sit
 tam inaudita Bonitas! Benedictio & cla-
 ritas, & gratiarum actio, & honor & vir-
 tus & fortitudo Deo nostro in secula se-
 culorum. Amen. Verum quia non est
 preciosa laus in ore pescatoris, omnes
 Angelorum Hierarchias & choros ad lau-
 des tuas depromendas invito.

III. Hymnus.

Benedicite omnes Seraphini Domini
 Domino; laudate & superexaltate eum
 in secula.

K

Be

Benedicite omnes Cherubini Domino ; laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite omnes Throni Domino ; laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite omnes Dominationes Domino ; laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite omnes Principatus Domino ; laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite omnes Potestates Domino ; laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite omnes Virtutes Domino ; laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite omnes Archangeli Domino ; laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite omnes Angeli Domino ; laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite omnes Angeli Regnorum, Civitatum & Hominum in secula.

mi Do mino ; laudate & superexaltate eum in
ate ec secula. Omnis Spiritus laudet Dominum.

IV. Adoratio, & Oblatio.

O Saluator nobis nate, nobis date, non
jam pannis, sed panis speciebus in-
volute ! adoro te Deum meum cum dul-
tione: cissima Matre & S. Josepho Nutritio tuo
perer: fidelissimo, & ad servitium tuum me para-
tissimum offero. Adoro te cum Pastoribus
tus D Bethlehemiticis, fascias & pannos tuos ve-
kalt: auneror, pedes sacratissimos exosculor, meq;
in servum tuum perpetuum & discipulum
es D dedico. Adoro te prostratus cum Tribus
kalt: Regibus, ac te Deum & Hominem, Re-
gem & Sacerdotem, Messiam & Salvato-
es D rem mundi agnosco & profiteor. Sed quid
kalt: offeram & repondam danti mihi seipsum
& omnia? o dilectissime Emmanuel! ex ani-
geli D no tibi offero, cum Angelis laudem, cum
kalt: Matre Virgine amorem; cum S. Joseph ob-
equium, cum Pastoribus vigilantiam; cum
Domit: Magis aurum, thus & myrrhā, id est, bona,
ate ec: corpus & animam; cum Sanctis Simeone
& Anna, rerum creatarum contemptum,
i C: mortis ac tui facie ad faciem videndi desi-
minu: erium. Suscipe hæc; cum Sanctorum di-
ctorum

K. 2

ctorum

etorum meritis, in odorem suavi
Amen.

V. Dilectio.

O Dilecte mi! quàm parvus pro
me, & vilis appares, tam in
pio, quàm in amabili Sacramento
quantò pro me vilior, tantò mihi
quantò pro me minor, tantò mihi
es. *Amo te Deus meus; quia tu es
ra omni melle dulcior, omni lacte natu
lior, omni luce clarior, omni auro
pide pretioso infinitè mihi carior.* **A** Nihil
verò valde imperfecta sit mea dilectio
Magister amoris amantissime, doc
perfectè amare te! *Accendar totus
totus diligam te & nihil amem pro
quod non amem propter te. Diligam
mine, quoniam tu prior dilexisti
ligo te ex toto corde meo, ex tota
mea, ex tota mente mea, ex tota
dine mea & ex totis viribus meis,
intimis medullis cordis mei; idè
re continuare omnibus horis
vitæ meæ; quia in omnibus fruor
misericordiatuæ: semper enim
nisi tu me regeres; semper morerer*

me vivificares: semper esurirem, nisi tu
 me pasceres: semper cecutirem, nisi tu me
 illuminares: sicut ergo nulla hora vel
 punctum est in omni vita mea, quo tuo be-
 neficio non utar; sic nullum debet esse mo-
 mentum, quo te non habeam in memoria
 mea. & te non diligam in omni fortitudi-
 ne mea. O Domine! jubes te diligere, da
 quod jubes. & jub. quod vis. S. August.

VI. PETITIONES.

Anima mea, ecce Dilectus tuus veni-
 aliens in montibus, transfiliens colles;
 etque etiam in te advenire non dedignat
 us est; ut velut amicus amicum visitet, ve-
 lut Magister Discipulum illuminet, velut
 Rex opulentus pauperem ditet: quanta
 dignatio! quanta Charitas! quanta fecisti
 anima mea, ô Jesu!

Venisti olim è cœlo in uterum Virginis, ut
 me viam arctam, vitamque absconditam &
 sanctam doceres: ah! da ut apprehendam!

Venisti ex utero in stabulum, ut humi-
 litatis & paupertatis Evangelicæ amorem
 mihi instillares: ô fac ut penitus imbibam!

Venisti è stabulo in Ægyptum, ut à te
 tolerantiam incommodorum discerem, à

K 3

qui-

quibus tantopere abhorreo : ah ! da mihi
piam !

Venisti ex Ægypto in Nazareth, ut obedi-
entiae & submissionis exemplū nobis
beres. Effice, obsecro, ut promptē
te, & quidquid jufferis, exsequar expe-

Venisti è Nazareth in Templum Hiero-
solymitanum, ut cultūs divini curan-
bendam ostenderes & Patrem cœle-
honorares. Concede, quæso, ut imitemur
& quæ sunt Dei, Deo reddam integ-

Venisti è Templo ad Jordanem,
Joanne Præcurfore tuo, Baptismo
es, ut puritatis amorem & pœnitentiam
doceres : Cor contritum, cor mundum
crea in me Deus !

Venisti è Jordane in Judæam & Galilæam,
ut animas quæreres, animarum
& laborum zelum nos doceres : ut
zelus domūs tuæ me comederet !

Inde venisti ad Crucem, è Cruce
sepulchrum, è sepulchro ad Limbum
Limbo tandem in cœlum conscendisti
ut viam Crucis & mortificationis,
temptūs & doloris, unam rectam
cœlum viam esse patefaceres. O

giis tuis alacriter infisterem, & per angusta
ad angusta cœli contenderem!

Denique mi Jesu quotidie adhuc quos-
dam quasi saltus das, veniens è cœlo ad
Venerabile Sacramentum, nunc in hac,
nunc in illa Ecclesiâ, nunc ad hos, nunc
ad illos fideles; atque etiam toties ad me
miserum & inopem, ut me dices, præ-
dictâsque virtutes me doceas. Ah! dita
me, doce me, perfice me, ut tandem cum
Apostolo queam dicere: *Vivo ego, jam
non ego, vivit verò in me Christus.*

Sed ô Præceptor amantissime! quàm
me pudet ignaviæ meæ! Magistrum adeò
excellentem audio, & in perfectionis pa-
lustra, tam parùm proficio: tua tam he-
roica morum exempla ante oculos cerno,
& in luto vitiorum meorum interim in-
fixus hæreo: tot jam annos virtutum tua-
rum imitationi studeo; sed, negligentia
utique meâ, hætenus nec unam planè &
plenè assequor. Excita obsecro languen-
tem; & gratiâ tuâ efficace debilem adjuva,
ut vel hodie seriò perfectionis studium
auspicer, lectiones verbo & exemplo à te
præscriptas strenuè aggrediar, neque de-

K 4

finam,

finam, donec Scientiam Sanctorum
fectè calleam; & omnium virtutum
ream adipiscar.

III.

IGNIS ET LIGNUM
AD VICTIMAM HOLOCAUSTI
EUCHARISTICI.

Sive

Considerationes & affectus
Pro Tempore Quadragesimali.

Consideratio Excitatoria.

EXpende: si Christus Sacerdos in
num, & Sanctus Sanctorum triginti
trium annorum spatio, tam ad illud
entum, quàm ad incrementum hoc fac
cium tantâ se solertiâ comparat, deli
rio tanto anhelat, & jamjam illud au
caturus tot ritibus & ceremoniis præ
disponit, Cœnaculum grande stratum
trat, Agnum paschalem manducat, in
teo se præcingit, aquam in pelvim
pedes Discipulorum abluit, cum illis

discumbit, panem & calicem in manus
 sacrosanctas sumit, oculos in cœlum at-
 tollit, gratias agit, benedicit, offert, con-
 secrat, idemque Apostolos facere præci-
 pit: Quæ præparatio, quæ industria, so-
 lertia, cura Sacerdoti tot imperfectionibus
 obnoxio, mysteria sacrosancta tractaturo
 incumbet? Negotiõne tam grandi horu-
 lam denegabit, cum plures quotidie ho-
 ras levioribus negotiõlis, utinam non
 inutilibus addicat? O si cum Sacerdoti-
 bus & Episcopis sanctitate illustribus,
 noctes integras orando insumerem! O
 si cor cum lacrymis coram Deo effunde-
 rem! O si in ferventissimos omnium vir-
 tutum actus exardescerem! atque hac ra-
 tione, sicut ille, admirabiles ac prorsus
 stupendos hujus Sacramenti & Sacrifi-
 cij effectus experiri mereret!

ANTE SACRUM

Christus Animarum Medicus sanans
 omnem languorem. *Matt. 4.*

Suspiria.

*Saname, Domine, quoniam infirmus
 sum. Psalm. 6.*

K s

Do-

Domine ꝑ̄ vis potes me munda
Matth. 8.

Si tantum tetigero simbriam vestimen-
ti ejus, salva ero. Matth. 9.

Ecce Domine quem amas infirmata
Joan. II.

I. *Exercitium Fidei.*

O JESU! Veritas & vita: fide
credo in hoc admirabili Sacramen-
to, quod modò suscipere intimè deside-
re ipsa esse Divinitatem tuam, cum Pot-
tia, Sapientia, & Bonitate infinita. C-
redo istic verè præsentem esse sacratissimam
Humanitatem tuam, cum omni sua p-
fectione, & sanctitate, animam cum p-
tentiis, cum membris corpus tuum
rum & vivum, integrum & gloriosum
& hoc ipsum credo, quia tu summa Ver-
tas, & summa Veracitas dixisti: *Hoc*
Corpus meum. Matth. 26.

Credo itaque de hoc mysterio, o Sa-
vator mi! humiliter & simpliciter, quod
quid tu nobis revelasti, & per Ecclesiam
tuam credendum proposuisti. Credo idem
illud, quod creditum & prædicatum

à duodecim Apostolis. Credo idem quod creditum & conscriptum est à quatuor Evangelistis. Credo idem quod creditum & doctum est ultra mille & sexcentos annos à sanctis Patribus & Ecclesiæ tuæ Doctoribus. Credo idem quod creditum & sanguine confirmatum est ab innumeris tuis sanctis Martyribus. Credo denique idem quod testatum, comprobatumque est à tua Omnipotentiâ tot miraculis prodigiis & signis.

Fallant igitur, & fallantur sensus, quod frequens est; obstrepant & blasphement Hæretici, quod detestandum est; scandalizentur cum Capharnaitis Gentiles & Judæi, quod deplorandum est: Ego tamen credo infallibilibus verbis tuis, O Jesu, quia tu dixisti, qui nec falli potes, nec fallere, utpote æterna Patris Sapientia, & prima veritas. Credo, Credo, Credo, quidquid dixit Dei Filius; nil hoc verbo Veritatis verius.

Accede igitur anima mea infirma: Ecce hic in Venerabili Sacramento præsens est Salvator & Medicus animarum, qui in momento omnes spirituales morbos,

K 6

quan-

quantumcunque tenaces radicatus depul-
lere novit & curare, de quo olim tu
virtus exhibat, & qui per transeundo san-
bat omnes. Crede, tange, sume, &
naberis.

II. Exercitium Spei & Fidei.

Magna fuit Charitas Reginae Ang-
læ Conjugi suo Eduardo venen-
sagittâ sauciato, venenum exfluxit è ve-
nere, Regi sanitatem, sibi mortem acci-
dens. At quantò major tua, mi Jesu
nos charitas effulget? ut nos viverem
tu moreris; ut nos sanaremur, tu in-
maris, ut septem capitalibus animæ nos-
vulneribus medereris, innumera san-
pis vulnera & pretiosissima septem bal-
sanguinis tui adornas in antidota. Eadem
que in Sacramento reponis, ut ad
medicamenta indies accederemus.

Accedo igitur cum firma spe & fiducia
nihil hæsitans: si enim totum corpus tuum
& sanguinem in passione, tanto cum do-
lore & ignominia dedisti in lytrum
redemptionem nostram: quid ni eadem
dabis cum amore & benevolentia in
medium nostrum & medicamentum

sanctissimo Sacramento ? Tu es ille cœlestis Archiater, qui contra hydropis singulæ & intemperantiæ, in horto Gethsemani pretiosi sanguinis tui balneum adornasti, ut nos perfectæ sanitati restitueres : Accedo ad te, & vel guttâ respersi desidero, & protinus curabor. Tu es divinus ille Samaritanus, qui contra febrim Luxuriæ (quam olim nec aqueum diluvii balneum, nec sulphureum Sodomæ restinguere valuit incendium) non vini & olei, sed sanguinis tui in flagellatione profusi antidotum præparasti, quod in calice mihi offers Eucharistico : Accedam & summam, atque ab omni deinceps graviore paroxysmo me immunem fore confidam.

Tu es expertissimus ille Medicus, qui contra vertiginem Superbiæ & hypocrisis, arrogantia & ambitionis, jactantiæ & cenodoxia sanguinis tui in spinea coronatione effusi præscribis alexipharmacum. Accedo singulari cum fiducia, & morbi hujus vim minuendam & retundendam omnino spero. Tu es ille Medicus præstantissimus, qui contra bilem & phrænesiam iracundiæ, sanguinis tui in cruceis bajulatione

one ex humero promanantis mede
 præbes. Accedo, & morbi hujus infu
 rariores & mitiores experiar. Tu es
 Medicus omnipotens, tot olim à le
 emundans; qui contra avaritiæ & Si
 niæ lepram cruoris tui in vestium vie
 ta detractione effusi remedium efficac
 ornasti; Si vis potes me mundare, om
 que vel minimas etiam maculas abste
 re. Tu es ille peritissimus animarum
 strarum Curator, qui contra paral
 acediæ, sanguinis tui è manibus pedib
 vi clavorum extorti, pharmacum] con
 cisti, excita me, & viva fide, certâque
 illo fruar, & sanitati plenè restituar.

Tu deniq; es omnium malè habent
 refugium & salus, qui contra venen
 invidiæ ab antiquo serpente in orbem
 vectum, aquæ & sanguinis tui è later
 cratissimo effluentis theriacam præpar
 O divine Archiater, qui olim tam pro
 ptè sanabas omnes morbos & oppre
 à diabolo, nunquid hodie dum manus
 abbreviata est? cum fiducia singulari
 cedam hodie, calicem salutaris accipias
 & sanguinis tui potionem hauriam,

fructu
 eum et
 isti,
 lus, ut
 plices
 mittas.

O M
 eg
 mea cu
 mio la
 neror,
 es; si c
 quia in
 omnib
 brof.

Si v
 Medic
 tiâ tant
 impati
 qui un
 infirm
 vertice

Si t
 quæro
 humid

fructus eos percipiendos, ob quos olim eum effudisti, & in calice sacro reposuisti. Tantùm supplico, ô spes mea & salus, ut ejus pretium mihi specialiter applices, atque ab omni infirmitate me dimittas.

III. Exercitium Desiderij.

Omnia in te reperio, Salvator mi, & ego non anhelem ad te? si vulnera mea curari desidero, Medicus es; si nimio labore astuo, fons es; si peccatis oneror, justitia es; si tenebras fugio, Lux es; si cibum quæro, alimentum es: & quia in Sacramento totus es, ideo pro omnibus in eo remedium invenio. *S. Ambrosius.*

Si vulneratus Chirurgum; si infirmus Medicum tanto desiderio, & impatientiâ tantâ desiderat: quanto desiderio, & impatientiâ me ad te anhelare necesse est, qui undique vulneror, totus langueo, & infirmor; ita ut à planta pedis usque ad verticem non sit in me sanitas?

Si tam sollicitè panem quotidianum quæro, inventumque quotidie sumo; ut humidum radicale, quod calor natus ab-

absumit, nutrimento continuo reparatur non longè avidius panem hunc substantialem ambio; cùm anima meam morem proprium in se habens, contra virtutem ejus depascentem, summe indigeat, ut frequenti panis hujus consumptione restauretur.

Quemadmodum desiderat cervus fontes aquarum; ita desiderat anima ad te Deus: deficio enim, nisi à te reparar; vires amitto, nisi à te sustentor, deus sum ad resistendum, nisi à te confortor. *Aruit enim cor meum, quia oblitus comedere panem meum.* Psalm. 103.

IV. Exercitium Humilitatis.

Sed quomodo ausim appropinquare tibi, O cœlestis Samaritane? Ego enim sum homo ille miser & miserabilis, descendens ab Jerusalem in Jericho, incidit in latrones infernales, à quibus delinatus donis supernaturalibus, & plagis lethalibus peccatorum acceptis, semivivus relictus est. Cujus vibices & reliquias etiamnum quandoque experior. Quò confugiam miser, nisi ad Patrem misericordiam? quò confugiam æger nisi ad

Medicum vitæ? Tu enim dixisti, non esse opus valentibus medico, sed malè habentibus.

Confugio igitur ad te, O Samaritane misericordissime! ut vulnera & vibices peccatorum meorum sanes: ut vinum sanguinis tui pretiosi, & oleum Misericordiæ infundas: ut gratiæ tuæ jumento me imponas, & in domum tuam me deducas, curamq; mei semper habeas. Confugio ad te, tanquam ægrotus ad Medicum, ut per Sacramentum hoc salutare, tangam te, & Virtus à te exeat; ut mihi appropinquans omnipotentiam tuam exereras, & dexteram Majestatis tuæ in me extendas, atque ab omnibus infirmitatibus meis me liberares.

O humillime Samaritane! quis unquam Medicorum adeò se abjicit, & ad quoscunque etiam vilissimos homunciones sese demittit? ô Amor immense! amor infinite! quousque summam Majestatem in stupendo hoc Sacramento deprimis! Demisisti te olim, mi Redemptor, ad pedes proditoris Judæ: sed demittis te etiam nunc ad pedes Hæreticorum: ô hor-

ror

tor ! demittis te , ô dilectionis excellens
 ad ora tot Superborum & avarorum
 tot helluonum , & ganeonum indigne
 suscipientium. Demittis te , ô ab
 amoris ! ad pedes Magorum & Sagan
 Veneficorum & strigum , qui graviter
 quandoque te inhonorant , & malitiam
 abutuntur.

O Amor immense ! siccine oblivis
 ris summæ Majestatis & Celsitudinis
 idque propter paucas animas tibi gratias
 ut eas reficere , tecumque intimo amicitie
 vinculo conjungere valeas ? atque enim
 propter me hominem minus gratum
 peccatorem ? O quas grates rependam
 mori tanto ? quousque ego vicissim
 demittam amore tui ? Ad pedes servorum
 tuorum , ad pedes omnium mortalium
 Salvator humillime , per demissionem
 am ineffabilem & divinissimi hujus Sacra
 menti virtutem , concede mihi
 hanc humilitatis gratiam. Amen.

V. QUERELA.

U Num est, ô cœlestis Medice, & omnipotens
 Thaumaturge ! quod vehementer stupeo ; de quo merito con-

ti mihi videor, sed me capere non posse
 profiteor. Medicina corporis & sanguinis
 tui infinitæ virtutis, in Sacramento toties
 mihi applicatur; & ego tamen sanitati non
 restitutor? fimbria vestimenti tui semel
 tacta Hemorrhoidiam illicò sanat; & in
 me sacratissima caro tua & sanguis preti-
 osum idem non præstat. Ubi obsecro,
 defectus residet; utique non in Medico,
 aut medicamento; sed in ægroto. Lingua
 mea nemendo nimis Jesu sanguine toties
 rubescit; & tamen in vitiis suis inolit
 mordicus persistit, gulam non frœnat,
 delicias non spernit, loquacitatem & lu-
 bricitatem non corrigit. Manibus meis
 toties sanctissima membra tua contingo,
 & mea tam parùm mortifico, sensualita-
 tésque eorum tam segniter domo. Ah! non
 tuâ, sed meâ culpâ, & quidem maximâ
 hæc accidunt, ô Jesu! In primis enim
 frustra medicinam adhibeo, si â noxiis ca-
 vere & abstinere renuo: deinde carnem
 quidem tuam manduco, sed aliud esurio:
 sanguinem tuum haurio; sed aliud sitio;
 nimirum divitias, honores, voluptates,
 & commoditates proprias. Denique vix
 in-

intras sub tectum meum, & ego intrane
 nè mox exeo, mentem ad alia diver
 tantumq; Hospitem non, ut par est, excipio
 & tracto: atque hac ratione obfisto, ut
 Virtutis in finitæ medela in me vim fru
 exerat. Tange me hodie Salvator am
 tissime, ac sumpto vivifico Sacramen
 tus virtus à te exeat & gratia, quâ defec
 hosce seridè corrigam, & post toties fru
 pra efficaciam infinitæ antidota, tandem
 nitatem & sanctitatem constantem effu
 citer obtineam. Amen.

Oratio ad B. V. Mariam.

Dolorosissima Virgo Maria, quæ
 tuo Crucifixo summo cum amore
 stitisti; humillimè te deprecor, ut
 sacrificanti assistere digneris, quo sacri
 cium hoc incruentum in commemor
 onem illius cruenti ita peragam, ut
 osos utriusque fructus consequi mere
 Amen.

Oratio ad S. Angelum Custodem.

Adis mihi ô sancte Angele mi Custode
 cum omnibus Angelis Christo patri
 famulantibus; Animæ meæ cœnaculum

vitiis purgate ac virtutibus exornate; ut dignum reddatur, in quo purissimus novæ legis Agnus spiritualiter sacrificetur, & cum gustu ac fructu comedatur, Amen.

Oratio ad Sanctum hodiernum.

Gloriosissime Sancte N. obsecro te, hanc mihi à Christo patiente gratiam exora; ut Dominicæ passionis mysteria, in Missæ sacrificio adumbrata, eâ devotione ac mentis teneritudine commemorem, quâ tu in terris degens eadem commemorasti. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

SUB SACRIFICIO.

I. *Imaginare tibi jam Hortum Gethsemani, jam atrium Pilati, aliàs montem Golgotham, in quo sacrifices; te verò veluti variis morbis obnoxium iatuere; talémque te sub introitu agnosce, sub Confiteor palàm profiteri. Sub Kyrie à SS. Trinitate misericordiam & miseriarum tuarum medelam exposce.*

II. *Sub Epistola & Evangelio; exemplo aliorum morbidorum à Christo sanatorum spem curationis certam concipe; & sub*

sub Credo fidem excita, omnipotentia
possit, sapientia, quae mille remedia
Bonitatis, quae opitulari ardentem velle

III. Sub Offertorio & Praefatione
gita Coelestem Medicum se accingere
nare, ingredi Hierosolymanam ad conficienda
alexipharmaca contra tua pathima

IV. Sub Elevatione honora & ad
Medicum propter necessitatem tuam
corporis ac sanguinis eius pretiosi medica
menta tibi applicari postula.

V. Sub Agnus Dei, ut tuorum
votius Mundi peccatorum morbos
feruenter pete, & sub Domine non
dignus, cum Centurione indignum te
nosce & profiteri, in cuius Domum
mundam caelestis Medicus descendat.

VI. Sub Communionem te à divino
dicotangi, & ipsiusmet manu medica
menta applicari tibi persuade. Sub
lectis post Communionem pro honore
amore tanto gratias age, & à Sacro
canticotrium puerorum lauda.

VII. In Recollectione eosdem affectus
continua, Medicumque caelestem quodam
modo circumduc per cordis tui hospitium

partes affectas ostende, rogans ut omnibus
externis & internis animæ morbis medea-
tur.

POST SACRUM.

In eos erumpe affectus, quos eliceret
infirmus plurimis morbis gravatus, & de-
positus, adveniente totius mundi peritissi-
mo, benignissimoq; Medico.

AFFECTUS

Ad Christum Animæ Medicum.

I. *Actus Fidei, & Spei.*

I. **V**enisti magnus de cælo Medicus,
quia magnus in terra jacebat ægro-
tus. Benedicta sit hæc ineffabilis misericor-
dia! Adoro te mihi nunc intimè præsentē,
potentissimum Auxiliatorem, afflictis om-
nibus olim tam mirabiliter opitulantem.
O cælestis Thaumaturge! tu potens es in
sermone; tantum dic verbo & sanabitur
anima mea. Tu potens es & in opere; si
tantum tetigero vivâ fide & fiducia, sal-
vus era. Credo, Domine, te id posse, cre-
do quoque te id velle, tantum adjuva me,
ut ex parte mea nihil deficiat, & statim
salvus & sanus ero.

II.

II. O Domine! in miseros & infirmos omnes beneficentissime! ego debilis languidus à te plenam animæ sanitatem me obtenturum firmiter spero: si morbos corporales olim tam promptè expedite curabas, haud dubie magis promptius hodieum animæ infirmitatem magis noxias & periculosas depelles.

III. Hemorrhoidiam duodecim annis fluxu sanguinis laborantem, & fimbriæ tactu extemplo sanasti: & pretiosi corporis & sanguinis tui contactu fluxu vitiorum meorum me non sanasti.

IV. Paralyticum triginta octo annos non habentem, qui eum motu per aquam aquam in piscinam mitteret, è quo sanasti; & me spiritali tora paralyti laborantem, & hominem per te non habentem, curare recusabis: mitte me in pretiosi sanguinis tui contactum, & animam meam infirmam sanitati restitue.

V. Mortua resurgit Filia Archidiaconi tactu corporis tui, dum ejus manum tenens ais: *Puella surge, & quomodo*

non vivam ego, non tantum tangens sed
& manducans carnem tuam & sanguinem
tuum bibens? praesertim cum tam diser-
te promiseris: *Qui manducat meam car-*
nem & bibit meum sanguinem habet vi-
tam aeternam Joan. 6.

II. *Actus Fiduciae.*

I. Si tanta vis sub veteri Lege erat in figu-
ra, quanta in Legis novae figurato erit?
Ejus carnis Agni & sanguis ejus domibus
aspersus a morte praeservabat Hebraeos,
cum omnia Aegypti primogenita perirent:
& tua, O Agne Dei! caro & sanguis sacra-
tissimus me a morte tueri & vitam spiri-
tualem conservare non poterit?

II. Si tanta virtus erat in Umbra, quan-
ta in veritate erit? Manna cibus erat me-
dicinalis, & a morbis comedentes praeser-
vabat: *non enim erat in tribubus eorum*
infirmus Psalm. 104. Quid igitur non
efficies, O divinum Manna, millies effi-
cacious! quos morbos quantumvis invete-
ratos & radicatos non abiges?

III. Manna illud antiquum, licet
morbos curaret, a morte tamen & senectu-
te non praeservabat: *Patres enim nostri*

L

mandu-

manducaverunt Manna & mortui sunt
 qui verò manducat hunc panem, hoc
 vum manna, vivet in aeternum. O Ma
 na cœleste à morbis vitiorum libera
 à senectute, torpore & tædio virtutis
 præserva: ac denique à morte tam
 peccati, quàm secundâ æternæ dam
 nationis potenter me defende.

IV. Omnia hæc ut obtineam
 certiusque, ô verum & divinum
 & cœlestis Ambrosia! excita me,
 me, degustem in spiritu suavitate
 quæ in hoc Sacramento tanquam in
 plenariè latet! ut spiritu tuo hausto
 gustato, omnia terrena desipiant,
 carnalia in amaritudinem mihi convert
 tur. O Sanguis pretiosissime! lava
 peccatorum maculis, sana me à pas
 bus inordinatis, sanctifica me
 cimeliis! O Sanguis nobilissime!
 me fidei vivacitate, eleva me
 tudine, accende me divinæ Charitatis
 ne! O Sanguis efficacissime!
 magnanimitate patiendi, inebria me
 derio martyrii, absorbe me ab omni
 creato, in totum esse increatum

Quod si devotionem protrahere lubeat,
 ac per tempus liceat, more claudorum &
 mendicorum defectus suos ostentantium,
 ut ad commiserationem spectatores move-
 ant, quodammodo circumduc cœlestem
 Archiatrum, per animæ tuæ nosocomium,
 morbos tuos spirituales ei ostende, mede-
 lam exposce, atq; ut Eliseus mortuum Su-
 namitidis Filium resuscitaturus, os ori-
 oculos oculis, manus manibus apposuit; sic
 et tuâ membris Christi, membris tuis ap-
 plicatis sanitatem & vitam spera.

ORATIO AD MEDICVM COELESTEM.

O Cœlestis Samaritane! ecce, quot pla-
 gis peccatorum faucibus, quot morbis
 vitiorum afflictus decumbo. Domine, si
 vis, potes me sanare: nam ecce languent
 & oculi mei curiositatis vitio, sana
 & averte ne videam vanitatem. Lan-
 guet lingua & os gulæ & vitiosæ loquaci-
 tatis morbo: ah! pone custodiam ori meo,
 ne delinquam in lingua mea. Languet
 meum amore proprio & corpus to-
 tum peccati fomite, tolle utrumque à me.
 Languet anima superbiæ, iræ & concupi-
 sciendi febribus; illas, obsecro, rore gratiæ

tuæ exstingue. Languent manus ne
nuè laborent pro gloriâ tuâ ; languent
pedes ne constanter ambulent in via
is ; confirma me, Domine, in hac
& statue pedes meos tanquam cervorum
ut alacriter viam mandatorum & confi
rum tuorum curram, donec comprehen
dam, & videam facie ad faciem in con
quem nunc absconditum adoro & ve
tor in augustissimo Sacramento. Amen.

*III. Suspiria ad sacros Christi
Domini Pedes.*

O Jesu expertissime Animarum me
rum Medice! ego debilis & infirmus
ad Pedes tuos sacratissimos prostratus
eosdem in spiritu exosculor, ac per
pedum, id est affectuum meorum
forum sanitatem mihi conferri, unico
sidero.

I. Hi enim sunt pedes illi speciosissimi
per pagos & oppida Judææ & Galilææ
indefessè circuierunt, ut Evangelium
nuntiares, infirmos quæreres, & a
guoribus omnes per sanares : per eos
igitur, ô Jesu! & me infirmum sanum
restituere.

II. Hi sunt pedes illi potentes, qui undas & maria, velut aridam calcârunt: per eos, ô Jesu! obsecro, fac me generoso animo aquas tribulationum hujus vitæ percurrere; & tentationum procellas absque interitu pertransire.

III. Hi sunt pedes tui amabiles, ô Jesu! quos Magdalena devotè osculata fuit, lacrymis rigavit, capillis tei sit, & unguento pretioso perunxit. Ah! ad eosdem admittite me, atque intimum mihi peccatorum meorum dolorem impertire; ut & ego illos lacrymis abluere, omniumque virtutum unguento illinire valeam.

IV. Hi sunt pedes tui benigni, mi Jesu, ad quos Chananæa & Leprosi procidentes sanitatem recepêre. Ah! misere mei: leprâ spirituali inficior; munda me: inordinatis concupiscentiæ moribus agitor; fluctus compone & sanitatem animæ meæ infirmæ quantocyus accelera.

V. Hi sunt Pedes tui, mi Jesu, olim Cruci clavis affixi, copiosum distillantes sanguinem, in animarum nostrarum alexipharmacum. Ah! vel stillulam mihi applica, & affectus meos inordinatos, quibus

bus velut pedibus ad illicita ambulo, c
 cifige, languorem excita, teporem diff
 acediam sana, ut semitam virtutum tu
 rum alacrius decurram. Amen.

*IV. Suspiria ad sacrosanctas
 Christi Domini Manus.*

O Jesu desideratissime! à pedibus
 ad sacrosanctas manus tuas ascen
 easdemque amanter in spiritu exoscu
 ac per illas manuum id est operationu
 mearum emendationem efflagito.

I. O Manus purissimæ Domini me
 toties in oratione ad Patrem cœlestem
 vatae; obsecro mihi spiritum grati
 precum concedite; ut orans manus p
 semper in cœlum elevem.

II. O Manus thauinaturge mei
 vatoris! quæ olim sarcophagum con
 gendo Filium Viduæ suscitastis; quin
 panibus multiplicatis, quinque millia
 minum satiastis; cœci nati oculos luto
 lito aperuistis; mulierem ad terram in
 vatam erexistis. Ah tangite & me, m
 tuus fui, resuscitate me; famelicus s
 pascite me; cœcus sum, illuminate
 ad terram terrenaque depressus sum,

gite me, & ad cœlestia, æternaque me
accollite.

III. O Manus liberalissimæ! quæ cor-
pus & sanguinem Redemptoris mei Apo-
stolis in cibum & potum animæ porrex-
istis: hanc mihi, quæso præstate gratiam,
ut divinam hanc escam pari cum Apo-
stolis affectu & effectu recipiam.

IV. O Manus beneficæ! quæ post tot
miracula patrata, post tot beneficia affl-
ictis præstita, cruci tandem affixæ, Sanguinis
pretiosi balneum effudistis: Ah manus me-
as toties ad illicita extensas, mundate, ope-
ra manuum mearum imperfectionibus ple-
na purgate, desideria mea inordinata cru-
ci affigite; ut vobiscum Christo confixus
sim cruci, atque in eadem vivam & moriar.

V. O Manus gloriosæ! vulneribus ve-
stris velut rubinis & stellis radiantes, Tho-
mam Apostolum ex contactu fide illu-
strantes & Charitatis igne accendentes,
ac denique in ascensione ad cœlum plus
quàm quingentis Fratribus benedicentes.
Et me incredulum, obsecro, in fide ro-
borate, tepidum in amore perficite, ut
benedictionem cœlestem promerear.

L 4

V. Suspi-

*V. Suspiria ad sacratissimum
Christi Domini Latus.*

A Manibus ad Latus tuum sacratissimum transeo, Redemptor amantissimum illudque in spiritu reverenter exosculor ac in eo refugium quaero.

I. in hoc amabili Latere cor refidens inexplicabili amore nostri, ex te velut fonte inexhausto, omnia in nos uberrimè promanant. **O** Cor amantissimum Jesu! cor meum tepidum flammis dilectionis accende, & copioso gratiarum tuarum torrente me replere dignare.

II. Hoc sacrum Latus lancea munitum & apertum est, effluxitque continuo sanguis & aqua. **O** Salvator Crucifixus! cor meum timoris & amoris divini latus ut omne vitiorum virus effluat, & caritas intret cum timore filiali: Sanguis carissimus roseus languidum sanet, aqua purissima immundum lavet, ab omnibus inquinamentis carnis & spiritus.

III. Hoc dulce Latus, hoc amantissimum pectus dilecto Discipulo mollis in sinu lecti extitit, super quo in ultima

suaviter recubuit. O utinam in nulla re mundi, sed in solo Jesu Corde requiescerem!

I V. Hoc Latus gloriosum Thomas dubitans accessit, manum inseruit, ac in fide resurrectionis Christi stabilitus & in Magistri sui charitate succensus fuit. O sacrum Latus! esto mihi fornax amoris: permitte, ut accedam ad te, tangam te, illuminer in te, accendar à te, nec manum cupiam movere, nisi Domini mei & Dei mei permotus amore.

V. O Desiderabile Latus! Christianorum omnium in omni angustia & tribulatione securissimum asylum: Esto mihi in domum refugii & in tutam contra omnes hostes visibiles & invisibiles immunitatis arcem; in qua locum sanctè vivendi & sanctè moriendi securum inveniam. Amen.

V. *Suspiria ad Sacrosanctum*

Caput Christi Domini.

A-Latere ad Caput tuum venerandum venio, mi Jesu, illudque cum sensibus tuis externis & internis ad Salutem nostram operandam adhibitis, in spiritu

L 5

reve

reverenter exosculor, ac sensuum meorum medelam efficacem requiro.

I. O Caput sacratissimum mei Salvatoris, spinis perforatum, arundine percussum cum summo dolore & ignominia! ah! capitis mei languores sana; ut non quam peccatorum meorum spinis decore te pungam, sed virtutum omnium rosis te coronem.

II. O Caput propterea exaltatum in gloria & honore coronatum, & sicut mille soles in cælo radians per totam eternitatem: ah! quando impones capiti meo coronam gloriae; sim ego nunc inter chariora membra tua: sim inter illustres justos tuos; ut aliquando cum iis velut sol in regno Patris tui refulgeam.

III. O Facies Christi amœna! olim nimio nostri amore velata, cæca, confusa & adeò deformata, ut neque species tuae que decor in te permaneret: nunc velut speciosa præ filiis hominum, in quam considerant Angeli prospicere, specie tua pulchritudine tuâ in æternum non fatigabitur. O si & ego amore tui genas meas tremulam vellentibus, & faciem meam

averterem à conspuentibus in me ! O si coram te semper in sanctitate & justitiâ ambularem ; & nunquam voluntariè vel minimum tibi displicens admitterem ! O si æternùm cum Angelis & Sanctis tuis facie ad faciem te contemplari valerem !

IV. O benignissimi Salvatoris mei Oculi, uno aspectu Matthæum & alios ad sequelam attrahentes ! ah ! me quoque benignè respicite, & ad perfectam imitationem pertrahite ! O piissimi oculi, in resurrectione Lazari, in curatione Surdi & Muti, in institutione Venerabilis Sacramenti, aliisque precibus toties in cœlum elevati ! Docete me, oculos meos tam in oratione, quàm in Sacrificio devotè in cœlum elevare : & in omnibus operibus per rectam intentionem in cœlum respicere, & unicum Dei gustum & beneplacitum spectare ! O misericordes oculi, in præsepio, in aspectu Jerosolymæ, & in cruce lacrymis perfusi ! ah ! lacrymarum tam pretiosarum me participem reddite ! date siccis oculis meis fontem lacrymarum, quibus totius vitæ meæ malè transactæ peccata amarè defleam, & perfectè

L 6

deleam

deleam ! O oculi summè tremendi ! in
tremo Judicio damnandos aspectu ter-
ribili veluti fulmine perculsuri : nunc
benignè me respicite donando gratiam,
tunc blandè annuendo vocetis ad glori-

V. O Aures benevolæ Domini me
semper, orantibus patulæ ac benignæ,
Passione tot convitiis, contumeliis & blas-
phemiis oppletæ: ah ! precibus tam me
quàm omnium Fidelium semper clem-
ter patete; nobisq̃ue contumelias, & in-
tractiones sine offensa, patienter & libe-
ter sufferendi gratiam concedite, Amen

VII. *Suspiria ad reliqua SS. Christi*
Domini Membra.

I. O Lingua melliflua & Gustus
Redemptoris, fame & siti, felle
aceto, mei amore, cruciati ! ah ! omni-
sensualitatum mearum culpas mihi indi-
genter condonate, & temperantiæ per-
fectæ virtutem mihi imprimite.

II. O sacrum Os Domini & Doctus
mei ! Tu olim Evangelium annuncia-
tu peccatores convertisti, tu Magdalenam
absolvisti, atque in iudicio ultimam sen-
tentiam Reprobos sententiam, instar tonitru-

contor-
dum
tuo ex
verter
cultor
mihi i
menda
nedict
III.
Crucis
nem m
pellite
missan
& fulc
ovem p
tanto l
ram in
ovem p
nitent
gelicis
cianda
IV.
dempt
conci
cruci a
debile

contorquebis : ah ! concede mihi secundum Evangelium tuum vivere, exemplo tuo ex spiritu prædicare, animasque convertere, peccatorum meorum, etiam occultorum indulgentiam & absolutionem mihi impertire, atque in die Judicii tremendâ, prolatâ felici sententiâ, cum Benedictis in Paradisum me evoca.

III. O Humeri patientissimi, grandi Crucis pondere gravati & vulnerati ! omnem meam in adversis impatientiam depellite; atque ad crucem undecunque immissam alacriter portandam me animate & fulcite. O Humeri Boni Pastoris ! qui ovem perditam, id est humanum genus, tanto labore quæsitam, & denique inventam in ovile cœleste reportastis: ah ! & me ovem perditam, sed revertentem & poenitentem suscipite, cœloque inferte, Angelicis cœtibus cum gaudio illorum associandam.

IV. O Corpus sacratissimum mei Redemptoris ! pro me fatigatum, vulneribus concisum, vestibus nudatum, ac tandem cruci affixum & præ dolore mortuum. Ah ! debile corpus meum ad labores & vulne-

ra, amore tui amplectenda, confite-
 ta: nuditatem meam, virtutum tuarum
 chlamyde contege: carnem meam cum
 vitiis & concupiscentiis crucifige; ut cum
 omnibus creatis mortuo, mihi vivere Chri-
 stus sit, & mori lucrum.

V. O Corpus gloriosissimum Regis
 terni! tertia die à mortuis resurgens, ce-
 lorum Regiam conscendens, atq; ad dex-
 teram Patris sedens in summa Majestate
 & gloria: obsecro suppliciter: hoc me-
 um corpus meum, post vitam in labo-
 ribus & ærumnis transactam, in die nomi-
 ni ad vitam meliorem resuscita: illud
 configuratum corpori claritatis tue in-
 in cœli adyta, ut tecum regnet gloria
 & immortale in secula. Amen.

Subjungatur: Anima Christi sancti-
 fica me. *Et petatur Benedictio.* Bene-
 dicat me omni benedictione spirituali
 cœlestibus, JESUS CHRISTUS pro me
 crucifixus.



I V.

IGNIS ET LIGNA
AD VICTIMAM HOLOCAUSTI
EUCCHARISTICI.

Sive

Considerationes & affectus
Tempore Paschali.

CHRISTUS REX GLORIÆ. Psal. 23.

*Orationes preparatoria recitanda, Sa-
crumq; celebrandum, cum imaginatione
loci, jam sepulchri Domini gloriosi, jam
cubiculi, in quod Salvator intravit januis
clausis; jam Castelli Emmaus. &c.*

Suspiria per diem usurpanda.

I. Ecce Rex tuus venit tibi. *Matth. 12.*II. O Princeps Regum terræ! *Apoc. 1.*

Adveniat regnum tuum!

Dominus meus & Deus meus. *Joan. 20.*III. Mane nobiscum Domine, quo-
niam advesperascit. *Luce 24.**Consideratio excitatoria.*Si Nero Cæsar Romanorum, Cyrus
Medorum, & Alcinous Phæacum Rex
aliiq; Indi, Arabes & Sabei, domos ac pa-
latia

latia, auro, argento, electo, ebore & gemmis radiantia sibi exstruxere: Quale patium, qualis Regia Regum Regi & Domino Dominantium ad nos venturo ornanda erit? quo charitatis auro stranda? quibus fidei, spei, devotionis reverentiae gemmis condecoranda?

ANTE SACRIFICIUM

Consideratio I. pro die Dominica

ANime mi! Ecce Rex tuus venturus mansuetus & humilis, totamque majestatis suae infinitae gloriam sub speculum Eucharisticarum velo abscondit: tu excecabis & opprimaris a gloria: occurre illi ut subditum decet, munda domum, adorna thalamum: te, tuos omnia offer ad obsequium: si enim Constantinus Romanorum Imperator locum itinerare Viennam ad te visitandum venturum: quanta haec foret dignatio? & quanta gratiarum actione dignus? quam replet admiratione? quam diligentiam ei hospitium praeparares? quam benevolentiam, quomodo eum exciperes? quam promptitudinem & alacritate omnia tua ad nuncium offerre

offerre
sacraru
lesti au
sed Re
terra q
coram
ta inft
nfaris
homun
pauper
infirm
Qua ig
benevo
hune e
na fere
O R
qu
me an
fitear,
mam;
emune
sum ac
cem:
non su
um, m

offerres? Et ecce, venit ad te, sub specierum
 sacrarum velamine, non Viennâ, sed ex cœ-
 lesti aula, non Rex & Cæsar Romanorum,
 sed Rex Regum & Cæsar Cæsarum, cœli,
 terræque unicus & supremus Monarcha,
 coram quo omnes mundi Principes, gut-
 tæ instar sunt, vel arenulæ quæ est in litore
 maris: Et hæc tanta majestas venit ad te
 homuncionem; ut te misellum visitet, te
 pauperculum ditet, derelictum protegat,
 infirmum sanet, ac tristem consoletur.
 Quâ igitur præparatione & gaudio, quâ
 benevolentia & charitate Monarcham
 hunc excipies? quas gratias ages? quæ do-
 na feres?

Affectus.

O Rex gloriæ & fons amoris perpetui!
 quid agam pauper & inops, nisi ut
 me amore & honore tanto indignum pro-
 fitear, animam meam humiliem, ac depri-
 mam; cor meum à maculis etiam minimis
 emundare studeam; omnia mea & meip-
 sum ad obsequium tuum offeram ac dedi-
 cem: atque ex animo dicam: Domine
 non sum dignus, ut intres sub tectum me-
 um, malè præparatum & adornatum; sed
 tantùm

tantum dic verbo & sanabitur anima
 bonisque ac donis tuis locupletabitur
*Subiungi possunt affectus virtutum
 fra positi.*

Consideratio I I. pro Feria II.

O Salvator gloriose! tu statim à
 potestatem tuam regiam & su-
 mam exercuisti; quando ad inferos
 descendens portas æreas & vectes fer-
 confregisti: Legis antiquæ Patres &
 triarchas visitans omnes solatio im-
 replevisti; illos clarâ tui visione beati-
 ctos è carcere eduxisti, ac tanquam
 Triumphator eosdem in palatium co-
 æternum tecum regnatos inveniisti.

Affectus.

O Rex gloriæ! ex animo tibi de
 victoria gratulor: congaudeo quæ
 & gratulor omnibus captivis tuis per
 redemptis, quos ascendens in altum in-
 umpho tecum deducis, tuamque in in-
 tentiam luculentè ostendis. **O** Libera-
 omnipotens! ostende & in me, oble-
 potentiam tuam: descende ad me in
 fico Sacramento: omnia obstacula per-

tionis & vitiorum repagula in corde
meo dirumpe: infirmum visita: mœstum
solare: mentis tenebras dispelle: educ de
custodia animam meam; & jucundæ con-
templationis dono eam illustra; ut cognos-
cam te, diligam te, fidelitèrque tibi servi-
am; ac tandem in cœleste regnum tuum,
tecum aternùm regnaturus admittar.

*Affectus infra post considerationes signa-
ti subdi possunt.*

Consideratio III. pro Feria III.

O Princeps Regum terra! vitæ & mor-
tis Domine! tu gloriosus resurgens
animam tuam nobilissimam, mortuo cor-
pori tuo rursus univisti: & quatuor gloriæ
dotibus, claritate, agilitate, subtilitate, &
immortalitate mirabiliter exornasti: sed
hanc totam majestatis tuæ gloriam &
splendorem, sub speciebus Sacramentali-
bus abscondis, ne obtutus noster debilis à
gloria tua excœcetur.

Affectus.

O Stupendum Resurrectionis Domi-
nicæ & Eucharistiæ mysterium!
Ego, mi Deus, utrumque firmiter credo,
teque

teque propterea amore & laude
 quor: & obnixè rogo, dum ad me
 Eucharisticam accedo, ingredi meam
 meam cum gloria tua, ac cœlestes
 etates tuas eidem clementer imper
 tecum quasi resuscitata in novitate
 ambulet. Redde animam meam omni
 adversis superiorem, solidâ incon
 patientiâ. Effice eam immortalem
 à culpis lethalibus præservativâ, Fac
 dem claram & fulgidam bonorum
 rum gloriâ. Denique animam meam
 sualem, ad eam vitæ spiritualis sub
 tem extenua, ut omni terrenorum
 dissipato, æterna solùm ac cœlestia
 & sapiat.

Consideratio IV. Feriâ IV.

TU, Redemptor mi, post resurre
 nem tuam diversis vicibus &
 Discipulis tuis amantissimis appare
 gnatus es, loquens cum eis per quad
 ta dies de regno Dei; arcana tua eis
 ens; vulnera tua tangenda offerens
 eis manducans, aliosque favores eis
 bens, & auxilia magna promittens
 fide, spe, & charitate eos stabilires.

Affectus.

Credo in te, spero in te, amo te Deus
 meus, & demississimè obsecro, ut &
 mihi, in hac sacra Communione, ad quam
 me præparo, spiritualiter te manifestare
 digneris. Age mecum familiariter, & lo-
 quere de regno Dei: revela mihi abscon-
 dita à Sapientibus mundi & aperta par-
 vulis: admitte me ad favum mellis Eucha-
 ristici; aliòsque favores amicis tuis præsta-
 ri solitos, mihi licèt indigno benignè ex-
 hibere. 1. Mœstum me consolare, ut con-
 solatus es Virginem Matrem, ei ante om-
 nes apparens. 2. Absterge mihi doloris
 lacrymas, eàsque in gaudium converte,
 veluti dilectæ Discipulæ tuæ Magdalenæ.
 3. Erige me dejectum, afflictumque, ut
 Petrum Apostolum tuum pœnitentem.
 4. Aperi mihi sensum Scripturarum, &
 fiat in me cor ardens, velut in Discipulis
 euntibus in Emmaus, ut cognoscam & di-
 ligam te in fractione panis. 5. Permitte
 ut tangam vulnera tua sacrosancta, & in
 fide illuminer, cum Thoma & Apostolis.
 6. Præbe mihi partem piscis assi, & favum
 mellis (Humanitatem scilicet & Divini-
 tatem

tatem tuam, cum gustu singulari in iudicia,
 Discipulis ad mare Tiberiadis. 7. De ascensu
 que mihi, sicut in monte Oliveti quing. collocan
 tis Fratibus, elevatis manibus cœlesti Co
 benedictionem impertire, & cor meum Rex
 tecum in cœlum rape. in

Consideratio V. Feriâ V. dexteram

Rex cœli potentissime! tu devictis um splen
 stibus tuis, Mundo, Morte, Carnas; Tu
 Dæmone victor in cœlum conscenditum cho
 unde veneras; captivam ducens captivam co
 ratem, simulq; corda Discipulorum pulchritu
 demq; in throno gloriæ confides ad Tu omne
 teram Patris, nostrum agens Advocat. & Huma

Affectus. cundè fat

ADoro te, laudo te, ô Rex Regum nam requ
 Domine Dominantium! & peto us abun
 pliciter: descende è cœlo & è solio reg
 tui, ac veni in cor meum; illudque gra. O Cœl
 tuz armis efficacibus ita muni, ut Ma & ex
 dum & Carnem, Mortem ac Dæmonde omnib
 generosè devincat; ut postmodum ascensum
 dens hinc in cœlum captivam ducas alter te, qu
 mam meam amoris compedibus; & conspiciun
 versatio mea sit in cœlis, ubi tu es ad iube obum
 & protector meus, cum ea firma spe & temperas

ducia, quod suo tempore eodem sim
ascensus, & tecum in alia gloriæ sede
collocandus.

Consideratio VI. Feriâ VI.

O Rex gloriosissime, Jesu Christe! tu
in throno Majestatis tuæ sedens ad
dexteram Patris, totum cælum empyre-
um splendoris tui radiis velut sol illumi-
nas: Tu omnes Angelorum & Sancto-
rum choros præsentia tuâ honoras: Tu
totam cælestem patriam affabilitate, &
pulchritudine immensâ mirificè recreas:
Tu omnes Beatorum ordines Divinitatis
& Humanitatis tuæ visione beatificâ ju-
cundè satias, omnibusque bonis ad æter-
nam requiem & felicitatem convenienti-
tus abundè repleas.

Affectus.

O Cæli Rector amabilissime! gaudeo
& exulto animitus in te; gratulor tibi
omnibus bonis tuis, & inexhaustis di-
vitiarum thesauris: humillimèque obte-
rucor te, qui immensi splendoris tui radios
& specierum Sacramentalium candidâ nu-
be obumbras, & visûs nostri debilitati at-
temperas, atque in Hierotheca Altaris,
velu:

velut in throno gratiæ resides; ut prærepleat
 tiâ quoque tuâ nos orphanos ac pauperes
 culos honores; mentes nostras caliginibus
 cœlestium illustrationum radiis perfunde te fer-
 gas; nos aridos deliciis cœlestibus ad nostrum
 ctes; nos rudes & imperfectos sapiens & laudat
 justitiâ, sanctitate exornes; ac tandem omnium
 cœlesti regno tuo æternâ beatitudine
 coronas.

Consideratio VII. Die Sabbati

O Cœli terræque Monarcha! Tu
 dexteram Patris collocatus in
 memor tuorum, inde Spiritum Sanctum
 in Discipulos misisti; qui eos gratia
 donis implevit, eosdem in viros alios
 mutavit; linguas igneas eis imperavit
 ad loquendum magnalia Dei & prædicandam
 Evangelii legem in usum
 tuis fervore, cum stupore omnium.

Affectus.

O Salvator dilectissime! adoro te &
 dico te, gratiasque ago pro tantis
 vore & munere: Veni, obsecro, ut nos
 ditos tuos in admirabili Sacramento
 tes, & inde Spiritum Sanctum nobis
 munices; qui charismatis cœlestibus
 nobis subministrat

repleat; tepidos imperfectosque, in viros
 ferventes & perfectos convertat, corda
 nostra amoris divini igne inflammet, quo
 de te sentiamus & loquamur, ut par est,
 ad nostrum & aliorum bonum, amantes
 & laudantes te cum Choris Angelorum
 omniumque cœli civium. Amen.

Affectus variarum Virtutum

Considerationibus præcedentibus subjungendi.

I. FIDES.

O Jesu, Rex immensæ Majestatis!
 credo delicias tuas esse cum Filiis
 hominum; qui toties è cœlesti solio de-
 scendis, & cum regno tuo ad nos divertis,
 ut cum hominibus converseris: nam eo
 sine, velut alter Salomon, ferculum tibi fe-
 cisti, sanctissimum scilicet Sacramentum,
 ut in eo per Ecclesiæ Hierosolymam pos-
 sis circumferri, ita ut omnes videns, à ne-
 mine nisi oculis fidei videaris.

In hoc admirando Sacramenti ferculo;
 oculis fidei penetrans video Humanita-
 tem tuam, tanquam cedrum Libani, ob
 tus sublimitatem, puritatem & incorru-
 ptibilitatem, quibus illa exornatur. Ibi

M

cerno

cerno septem columnas argenteas, scilicet dona Spiritûs Sancti, alâsque gratias, scientias & excellentias tuas admirabiles. Ibi adverto reclinatorium aureum unionem scilicet hypostaticam, in qua etem gratissimam reperis. Ibi quoque tueor ascensum purpureum, signa vultuum tuorum gloriosa, & memoriam pœnarum, quas in vita mortali tolerasti. Denique sub isto candido velo tectus, tu ipse cœlestis noster Rex Salomon accensus & combustus amore in te, ob desiderium inflammandi filias Jerusalem, id est, animas vivâ fide te aspicientes, & mundo corde te recipientes.

II. DESIDERIUM.

O Divine Salomon ! hoc Sacramentum ferculum est thronus, è quo nos regis. Rex gubernas : est thalamus, in quo nos creas : est mensa, in qua nos alis : tanquam dux nos protegis : tanquam pastor gubernas, tanquam lactas. Quis ad te non anhelet : qui tuo mentis affectu non accurrat ?

O Vere Salomon ! devehere, obsecro, mei, ut

hoc nobili ferculo ad me, & in aulam cordis mei ingredi, ut cœlestem sapientiam tuam me doceas. Ingredere ut velut Rex me gubernes, velut sponsus recrees, velut Pater pascas, velut Dux defendas, velut Pastor regas, velut Mater lactes: ego enim his omnibus summè indigeo.

Veni igitur, ô Princeps gloriæ! veni; janua cordis mei patet; si placet, intra, & pone te ut signaculum super cor meum, ut signaculum super brachium meum; quo similitudinem virtutum tuarum mihi imprimas; ut & ego ipse sim ferculum in quo hinc inde per mundum deferaris: sim lectica, in qua quietè jucundèq; resideas. Divina & corporalis præsentia tua, faciat me tanquam cedrum Libani, candidum innocentiam, excelsum animi magnanimitate fortitudine incorruptibilem. Exstrue in me argenteas donorum & virtutum tuarum columnas. Effice me aureum tuum reclinatorium, in quo molliter requiescas. Dispone in me gradus continuæ mortificationis: ante omnia autem tu ipse Rex meus, intra me mane accerius amore mei, ut & ego similiter amore tui totus

succendar, igniar, ac quodammodo de
cer per insignem ad te similitudinem

III. *Metus reverentialis.*

SI Esther Regina, & conjux ceteris
adamata, Regis Assueri majestatem
tuita in terram corruit penè exanimis
metu, quâ reverentiâ mihi ad te acced
dum erit, quem video non quasi Angeli
Dei, sed verè Angelorum Dominum
*ce venit Dominator Dominus, & quomodo
terit cogitare diem adventus ejus, & quomodo
stabit ad videndum eum?* Malach. 3.
non corruet præ timore gloriæ ejus,
non exanimetur?

O Rex infinitæ Majestatis, ego
omnipotentiam, excellentiam & glori
tuam summam considerans totus per
& contremisco: nam si Oza tangens
cam, Eucharistiæ figuram, mox percussus
interiit; quomodo ego carnem tuam
vam omnis sanctitatis Arcam a summo
meo impuro tangere?

Israelitæ terrore percussis non ausi
montem Sinai fumantem accedere, ut
gem obtinerent: & quomodo ausim
peccator ad montem gloriæ tuæ ad
p

potentiæ tuæ Sacramentum appropinquare, & Legislatorem meum, cœli terræque Monarcham suscipere? Non auderem cerre, ô Domine, nisi tua juberet Majestas, & blandâ voce invitaret Bonitas. Quia ergo dicis: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: ecce venio, ut reficias me: quia dicis: Sinite parvulos venire ad me: ecce adsum ut me facias verè parvulum humilitate & innocentia, tuisq; moribus similem reddas.

IV. Contemplatio Pulchritudinis Christi Domini:

Egrede: itaque Anima mea, tanquam vera filia Sion, & noli timere: sed vivæ fidei oculis aspice & contemplare Regem Salomonem in diademate quo corovavit eum Divinitas, tanquam Mater sua, in die desponsationis & lætitiæ cordis ejus, quando gloriosus surrexit à mortuis. Vide: ut anheles & desideres; contemplare ut ames & gaudeas.

Ecce hîc in Sacramento augustissimo est Sponsus tuus cœlestis, verus Salomon Rex pacificus & mundi pacificator, Rex gloriæ infinitæ, sub illa cortina & velo specierum latens: erga hunc affectum ex-

M 3

cita

cita. Credo, Domine mi Rex sapiens
me, & cum tota cœlesti aula adoro, laudo
& benedico te affectuosissimè.

Ecce hîc est Jesus Nazarenus Rex
us, totus floridus, totus speciosus, totus
amabilis, propter passionem mortis
& honore coronatus: accurre, propinquo
ut eum debito cum amore, honore &
verentiâ excipias. Honoro, amo &
reor te Rex inclyte.

Ecce hîc est gloriosissima anima
cum potentiis, & gloriosum corpus
cum ea integritate, pulchritudine &
majestate, quâ fulget in cœlo empyreo
dotibus quatuor gloriosis, quas in die
surrectionis induit: occurre, venerare,
amplectere. Ecce venio, saluto, venero
amplector te ô Rex gloriæ!

Hîc sunt omnia membra ejus, caput,
oculi, os, collum, manus, pedes, tanta
magnitiâ & decore, ut omnium intuentium
corda rapiant: Accedo Domine mi Rex
abilissime, curo, festino ut rapiar &
amoris fœdere tecum uniar.

Hîc denique sunt signa gloriosissima
quinque vulnerum, quæ tanquam

que immensi Splendoris soles mirificè refulgent, & cœlestium gratiarum radios evibrant. Appropinqua, anima mea, ut illustreris. O quis mihi dabit pennas & volabo & appropinquabo Regi meo, ut ab eo illuminer, accendar, & unus cum eo spiritus efficiar. Amen.

V. *Suspiria amorosa ad unionem cum Christo qua finis est Sacramenti amabilis.*

I. O Rex Regum, & Domine Dominantium! anhele & festino ad te, ut amore tecum indissolubili jungar, in te quodammodo transmuter, & intimè uniar. O virtus sanctissimi Sacramenti me & te, res adèò distantes, non tantùm combina, sed ex duobus unum effice: nam *Virtus Eucharistiae est unitas.* S. Augustin. serm. 9. de diversis.

II. O virtus nobilissimi Sacramenti, me vivum Christi membrum effice; imò è duobus corporibus ac mentibus, unum quodammodo fiat individuum: nam *Virtus Eucharistiae est individuitas; quâ effecti membra Christi sumus, quem accipimus.* Tertull. lib. de orat. c. 6.

III. O Virtus præstantissimi Sacramenti
 definam, per te, esse qui sum, caro, &
 carnem Christi transeam. *Finis enim
 ius Sacramenti est, ut in carnem Christi
 transeamus.* S. Leo Epist. 25,

IV. O Virtus potentissimi Sacramenti
 transformam me in te: *Finis enim
 charistie est, ut in Christum transformemur.*
 S. Paschasius l. de corp. & sang. Christi

V. O Virtus divinissimi Sacramenti
 Deifica nos, & effice: *Ut simus sicut
 Christus; quoniam Christus quoque sicut
 efficiamur Dei propter ipsum; quoniam
 ipse quoque propter nos homo factus.*
 S. Greg. Naz. orat. 1. in nat.

VI. O Virtus dulcissimi Sacramenti
 fac, obsecro, ut non tantum per factam
 naxin Christiferi, sed & concorporati
 consanguinei Christi evadamus. S. Cyrill.
 Hierosol. catech. 2. *In communionem
 fit unio continuationis & mixtionis
 ex duabus aquis vel ceris liquefactis
 una.* S. Cyrill. l. 10. in Joan.

VII. O suavissimum Sacramentum
 ferat in te velut oleaster in bonam oli-
 ut fructus dulces & divinos profertur

nam In sacra communione est unio insuio-
nis. & insuio spiritalis. S. Dionys. Areop.
de Eccl. Hierarch. c. 3.

VIII. Denique, cum testibus iisdem SS.
Patribus, in hoc amoris Sacramento, re-
peritur unio ignitionis, o virtus efficacis-
sima Divinitatis & Humanitatis Christi,
age in me, occupa me, transforma me,
veluti ignis ferrum! quemadmodum enim
ignis ferrum primò per calorem disponit,
deinde per propriam substantiam illud
informat, ac denique transformatur in seip-
sum, propriam ei virtutem & operatio-
nem communicans. Sic quoque tu, o Ig-
nis divine, o Carbo Eucharistice, primò
mediante contactu tuo animam meam
dispone producendo gratiam; deinde pro-
priam ei divinitatem comunica; ac de-
num totam eam in teipsam transforma,
operationum divinarum virtutem confe-
rendo; ut sicut ferrum, naturam ferri reti-
nens, comparet tamen ut ignis, & agit ut
ignis; sic ego quoque propriam naturam
retinens, & per intimum illapsam natu-
ram divinam recipiens, non compaream,
agamq; amplius ut creatura, sed tanquam

M. J.

Deus

Deus aliquis gressus & mores divinos
monstrem & exhibeam. R. P. *Venerabilis*
Caraffa de devot. erga SS. Sacram.

O quando hoc fiet, Deus meus & con-
suetudina? & quâ possibile est, ut non statim
quâ possibile est, ignem infinitum inle-
cipere, & non ardere? tolle teporem,
frigus & fiet. O fiat igitur! fiat!

Oratio I. Pro assistentia B. M. V.

O Mater Domini & Virgo glori-
osa mihi sacrificanti hodie assistere
congnare; & apud Filium tuum gloriosum
pro me intercede, ut illis similes
moris & devotionis, gaudii & exultationis
affectus in corde meo sentire merear
quos tu Filium tuum redivivum pro
aspiciens, & eundem in sacra Communionem
primò recipiens persensisti. Per eundem
Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio II. ad SS. Angelos.

O Sancte Angele Tutelaris, vosque
Beati Spiritus, qui ad sepulchrum
Domini piis mulieribus in albis apparu-
istis: adeste mihi hodie ad aram sacrificii
& Jesum Nazarenum devotè quaerentem
docete me, ut Christum viventem intueri

mortuas mundi creaturas non quæram;
sed eundem gloriosum nunc in sanctissi-
mo Sacramento, ac postea in cœlesti para-
diso cum intimo animi mei solatio repe-
riam. Per eundem Christum D.N. Amen.

Oratio III. ad Sanctum hodiernum.

O Sancte N. hanc mihi à Rege Sancto-
rum omnium gratiam obtine ut Ag-
num hunc Paschalem, amoris igneto-
stum, eo fervore & gustu comedam &
offeram, quo tu olim in terris eundem
sumpsisti & obtulisti. Atque hoc cœlesti
phase confortatus, ad terram promissio-
nis alacriter & festinanter transeam. Per
eundem Christum D.N. Amen.

SUB SACRIFICIO.

I. *Sub Introitu:* Agnosce te aliquan-
do fuisse rebellem, & perduellionis reum
contra Regem tuum: dole & veniam
humiliter pete.

II. *Sub Confiteor.* Te reum palàm pro-
fitere, & dum te inclinas, tanti Regis con-
spectu indignum te judica.

III. *Sub Kyrie.* Veniam & misericor-
diam postula.

IV. *Sub Gloria.* Regem tuum ad tu-
am,

M 6

am,

am, aliorumque rebellionem abolendam
natum lauda & glorifica.

V. *Sub Epistola & Evangelio.* Audi
quid mandet, aut requirat Imperator
& quomodo te ad sui imitationem imi-
tet, & ad pugnam contra hostes suos a-
ciat. Offer te ad sequelam: & sub ejus
baro Sacramentum dic.

VI. *Sub Credo.* Fidem tuam profite-
Redemptorem, Ducem, Judicem agnosce.

VII. *Sub Prefatione* cum pueris He-
bræorum Regem tuum Hierosolymam
cum pompa & plausu intrantem, com-
re, applaude & hosanna accine.

VIII. *Sub Canone & Elevatione*
ce Jesum N. R. I. crucifixum & crucem
Mundo, Carne, Dæmone pugnantem
adora eum, lauda, subjice te illi dum
supra caput tuum elevas.

IX. *Quoties altare oscularis,* Regem
osculum da, & collum, caput ac sangui-
nem pro ipsius honore offer ad martyrium.

X. *Sub Pax Domini:* Intue te & ve-
rare gloriosè resurgentem & de hostibus
suis triumphantem.

XI. *Sub Communione:* amplectere
minum tuum sese tibi unientem.

XII. *Sub Benedictione* : Imaginare
ascendentem gloriosè in regnum suum
tibiq; & aliis præsentibus benedicientem.

XIII. *Sub Evangelio S. Joannis*; cogita
rediturum judicem, & exacturum ratio-
nes generositatis tuæ vel pusillanimitatis
in pugna spirituali hujus vitæ decursu
peracta, ut legitimè certantem coronet,
vel negligentem puniat.

POST SACRIFICIUM.

Affectus & petitiones ad Christum
Regem gloriæ.

*Christo Regi in domum cordis tui re-
cepto illos elice affectus, quibus famulus
exciperet Regem domum ipsius intran-
tem: ut sunt Adoratio, humiliatio, dolor
de offensis, gratiarum actio pro beneficiis,
oblatio seu donatio, ac denique laudatio,
qui affectus tamen omnes ab amore profi-
cisci debent, & continuo amore condiendi,
eo modo, quo famulus tenerrimè Domi-
num vel Regem amans, similes eliceret er-
ga receptum in domum suam Regem.*

I. *Unio cum Deo.*

O Dominus meus & Deus meus !
 teneo te ô Bonum inestimabile !
 habeo te ô Bonum super omne bonum
 ô Pulchrum super omne pulchrum
 possideo te ! ô desideriorum meorum
 finis , jam affecutus sum te, tenui, nec
 mittam. O quàm bonum mihi est ad-
 rere tibi ! Quid mihi nunc est in celo,
 à te quid volui super terram? deficit in-
 cor & caro mea, Deus cordis mei & anima
 mea Deus in æternum !

II. *Laudatio.*

O Jesu ! tu es ipse Rex meus & Deus
 meus, totus amabilis, totus deside-
 bilis, totus liberalis : tu enim subdito-
 rum sanguinem non exsugis , more Regum
 terrenorum ; sed proprio nos sanguine
 pascis : tu bona nostra non desideras ;
 omnia bona tua nobis communicas :
 servitia tibi exhibita, non parcè exigi-
 stipendio remuneras ; sed æternæ beati-
 tudinis præmio liberalissimè compen-
 sas. quis dignè te laudare poterit ? Benedic-
 tio sit infinita hæc tua liberalitas ! ametur
 omnibus tam profusa Bonitas.

III. *Oblatio sui.*

Sed quid tibi nunc offeram; ô Rex seculorum immortalis! pro tanto munere & honore, quo me modò dignatus es? quid rependam inops & pauper servulus doni tanto Rege dignis destitutus? quid habeo nisi duo æra minuta, corpus scilicet & animam, quæ dedisti mihi? Ecce illa libens præsentio: castrum animæ meæ totum tibi consigno, claves offero, portas aperio, sinum cordis pando, meq; & omnia mea integrè tibi subjicio. Ingredere & dominare in medio inimicorum tuorum, id est, passionum & vitiorum meorum, eosdè que si placet expelle. Libera me à servitute & jugo tyrannorum istorū, qui vinculis peccatorum me captivum tenent. Fugiat à facie tua dæmon omnipotentiâ tuâ perculsus, & regnum ejus, quod consistit in malitia. Fugiat mundus & regnum ejus, quod consistit in fallacia. Fugiat victa Caro & regnum ejus, quod consistit in voluptatis illecebra; nec unquam deinceps contra me prævaleant. O mundi & stygis domitor! virtute hujus divinissimi Sacramenti, impleatur in me, quod

quod

quod dixisti : Regnum Dei intra vos esse
adveniat hoc regnum tuum & semper in
me vigeat. Assistite mihi descendentes ex
aula regia cœlestes aulici, Throni & Do-
minationes, Cherubini & Seraphini, ce-
teri que Spiritus Angelici : ad Regem no-
strum dignè excipiendum ac tractandum
me adjuvate, tepiditatem meam excutite,
atque ad amandum & laudandum eum
mentem succendite.

IV. *Admiratio.*

SI Regina Saba videns sapientiam Salo-
monis, tota admiratione defixa, non
habebat ultra spiritum : quo stupore me
repleri par est, dum admirandam potentiam,
sapientiam & bonitatem tuam, in
hoc Sacramento manifestatam & occultatam
intueor ? O Rex sapientissime, &
plus quam Salomon; licet omnia magna-
lia tua incomprehensibilia summâ admi-
ratione me compleant; præ omnibus ta-
men nimis quam admirabilem reddis
oculis mentis meæ tanta sublimitas & tan-
ta humilitas; tanta majestas & tanta chari-
tas erga nos mortales, quâ magnitudinem
tuam infinitam in Sacramento abscondis.

immo

immensitatem quodammodo coarctas, & sublimitatem deprimis, ut nobiscum amore uniaris: O verè stupenda charitas! ô humilitas profunda nimis!

V. *Humiliatio.*

Quis enim ego sum ô Rex æternitatis! Aut quæ est domus Patris mei, ut immensa Majestas tua ad me veniat? quid sum nisi vile mancipium tuum, umbra, fœnum, bulla, vitrum fragile? hinc ineffabilem excellentiam tuam & vilitatem meam perpendens totus confundor. Non sum ego servus bonus & fidelis qualis erat Petrus Apostolus, ceterique devoti famuli tui, sed sum servus piger & ignavus; & ille tamen te à se exire jubet, eò quòd peccator sum: an non potiori jure ego dixerim: Exi à me Domine, quia peccator sum & peccatorum antesignanus? sed cum à me recedere nolis, imò mortem mineris, nisi te manducavero, quid faciam, nisi ut ex animo te rogem: Mane nobiscum, Domine, quoniam ad vesperascit, & nox vitiorum ingruit. Mane nobiscum per gratiam specialem, per singularem assistentiam & protectionem, atq; conjunctionem amoris:

ris:

ris: ut cum Apostolo dicere valeamus, qui nos separabit à charitate;

VI. *Spes & Fiducia.*

O Rex vivorum & mortuorum! qui resurgens à mortuis, multa corpora Sanctorum resuscitasti, & in gloriæ tuæ societatem admittere voluisti; quid non sperem à te? quomodo de felici & gloriosa resurrectione mea dubitare valeo; qui pignus salutis æternæ toties accipio? quomodo non certus sim, quod depositum meum servaturus sis in illum diem; cum corpori & sanguinis tui arham certissimam toties extradas, promittens infallibiliter resurrectionem in novissimo die, & vitam æternam? *Joan. 6.* Credo, Domine, quod tu Redemptor meus vivas, & in novissimo die de terra surrecturus sis, & in carne mea sis visurus te Deum Salvatorem meum, quem velatum nunc aspicio. Tunc factiabor, cum apparuerit gloria tua. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.

Præterea, ô spes mea unica Jesu! in te confidit anima mea: & certus sum, non vacuâ manu & absque fructu ad me venies: quis enim Rex pauperem visitat, quem

quem non locupletet? tribues saltem indigenti mihi eleemosynam Rege dignam; aut saltem nonnullam tui effigiem aut mnemosynon relinques pro honorario. Et si pedibus tuis sacratissimis advoluto supplici stipem petere confidenter liceat: Da mihi immortalitatem mysticam cum perseverantia in amicitia tua, ne morte culpæ aliquando moriar. Da mihi impasibilitatem cum heroica patientia, ne tribulationum causâ deficiam. Da claritatem cum fide vivâ ut divina mysteria tua cognoscere valeam. Da agilitatem, cum obedientiæ promptitudine, ut omnia præcepta & inspirationes tuas perfectè exsequar. Da denique subtilitatem cum abrenuntiatione rerum carnalium & terrenarum, ut spirituales & divinas intimè amplectar: atque ita in dotibus hisce gloriosus tibi spiritualiter assimiler ad gloriam tuam. Amen.

VII. *Dilectio.*

O Jesu Rex amabilissime! omni Abalonne pulchrior, Salomone sapientior, Davide mitior, Samfone fortior, quantum miteor amare te? Amo te ex toto corde, quia

quia creasti me: amo te ex tota anima, quia
 redemisti me; amo te ex tota mente, quia
 sanctificasti me: amo te denique ex omni-
 bus viribus meis, quia pretioso corpore &
 sanguine tuo toties refecisti me. O amator
 hominum! verè amor tuus, necesse est, ut
 sit infinitus, qui non solum ad tanta amo-
 re nostri facienda & patienda te ad egre-
 verum etiam eò permovit, ut pridie quam
 patereris institueres hoc admirabile Sa-
 cramentum amoris, ut nobiscum usque ad
 consummationem seculi permaneres, &
 intimè te nobiscum conjungeres. O
 amor infinite! cur ego ardentiori dilectio-
 ne in te non rapior? Per vulnera tua glo-
 riosissima obtestor te, vulnera me charitate:
 & quia sine gratia tua speciali diligere
 te nequeo ut desidero, ad vulnera tua ve-
 ut amoris domicilia confugio. O Fontes
 Salvatoris mei distillate in me gratiam
 aquæ vivæ, quæ siti visibilium extinctâ, ad
 amorem invisibilium me excitet. O corpus
 sacratissimum, tanquam sigillatim vulne-
 ribus quinque cælatum, pone te ut signa-
 culum super corpus meum: ob signa pe-
 des meos ut semper in via: charitatis pro-
 grediate.

grediar. Obsigna manus, ut semper opera
charitatis exerceam : obsigna & latus ut
affectus amoris tui & proximi indefinen-
ter proferam in tempore & aeternitate.
Amen.

IGNIS ET LIGNA
AD VICTIMAM HOLOCAUSTI
EUCHARISTICI.

Sive

Considerationes & affectus
Pro Sacrificio Missæ in Pentecoste, à Festo
Ascensionis Domini ad festum
SS. Trinitatis.

Deus Pater & Filius & Spiritus San-
ctus ignis amoris.

Dominus Deus tuus ignis consumens est.
Deut. 4.

Si populus & Sacerdotes veteres jubente
Deo, tridui spatio tantâ curâ præparandi
fuerunt, ut per Moysen legem obtinerent:
Sanctifica illos hodie & cras, laventq; ve-
stimenta sua & sint parati in diem terti-
am: omnis qui tetigerit montem morte
morietur; lapidibus opprimetur, aut con-
ietur jaculis. Sacerdotes quoque qui
acce-

accedunt ad Dominum sanctificentur, & percussat eos. Exod. 19. Quantâ diligentia, quantâ devotione & virtute se disponere ac sanctificare debebit Novæ Legis Sacerdos, ut non legem, sed ipsum Legislatorem infinitæ majestatis suscipiat?

Suspiria per diem.

Dominus in igne veniet *Isaia 66.*

Lampades ejus, lampades ignis atque flammularum. *Cant. 8.*

○ Veni S. Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

Pro compositione loci, cogita te in Cœnaculo, in medio Apostolorum & Discipulorum Spiritum S. in forma ignis suscipientium, preces fundere aut ad aram facere.

ANTE SACRIFICIUM.

Pro septem hebdomadis diebus.

I DIE DOMINICA

I. *Affectus Fidei.*

○ Fili Dei altissimi, in hostia sancta, & benedictionis calice, credote præsens esse Verbum divinum, Verbum vivum, æ-

ternum

ternum, infinitum, quod egressum est
 egreditur, & egredietur in æternum ex
 ore Patris æterni, manens etiam intra
 ipsum cum omni divinitate: Verbum om-
 nipotens, per quod omnia facta sunt, &
 conservantur. Cùm verò tu, ò Dei Ver-
 bum! dixeris Joan. 14. *Ego in Patre, &
 Pater in me est*; ac proinde, ubicunq; est
 Filius, ibi quoque sit Pater; credo etiam
 in augustissimo Sacramento adesse Patrem
 æternum, qui intra seipsum Filium suum
 generat, quem semper generat, suamque
 illi divinitatem communicat, & sic dile-
 xit mundum, ut Filium suum unigenitum
 daret, ut omnis qui credit in eum, & fi-
 devivã recipit, non pereat, sed habeat vi-
 tam æternam. Cùm autem nulla Persona
 divina ab aliis separari valeat: credo quo-
 que in hoc mysterio præsentem esse Spi-
 ritum Sanctum, qui Patrem & Filium ob
 naturæ unitatem comitatur; quem Pater
 & Filius mutuo inter se amore exarde-
 scendentes spirant, & æternùm spirabunt.
 Quâ igitur præparatione & puritate, quo
 conatu & fervore ad sanctam, adoran-
 damq; Trinitatem suscipiendam me dis-
 ponam?
 II. Pe-

II. *Petitio Puritatis ad Patrem cœlestem.*

O Pater cœlestis, actus purissime, munda me ab omni inquinamento carnis & spiritûs, ut mundus in conspectu tuo compaream, & purior ad fontem omnium puritatis accedam. O si cum omni puritate, quæ fragilitati humanæ possibilis est, sacrosanctum Filii tui corpus & sanguinem suscipere valerem. O si cum corpore puro, cum intellectu puro, memoriâ purâ, voluntate purâ, intentione purâ, affectu puro, ad oblationem mundam accederem, purè ad gloriam tuam, & ob nullum alium respectum; atque ad Angelorum & omnium creaturarum puritatem adspirarem! Sed ecce cœli non sunt mundi in conspectu tuo, quantò minùs homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem! effunde igitur super me aquam mundam Spiritûs Sancti, & mundabor & super nivem dealabor. *O Pater noster qui es in cœlis!* ego superbiæ nævis coinquinor: *Sanctificetur nomen tuum*, quod facit humilitas. Avaritiæ maculis inficior, *Adveniat regnum tuum*, quod pauperibus Spiritu promittitur. *Invidiâ impetor: Fiat voluntas tua*

sicut in celo & in terra: quod promittitur misericordibus. Libidine impugnor: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, ut confortet debiles; & sensus cœlestes, terrenos reprimant. Irâ infestor: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, quod promittitur mitibus. Gulâ tentor: Et ne nos inducas in tentationem; quâ primi parentes prostrati sunt Denique Acediâ opprimor: Sed libera nos à malo; & à periculoso in rebus divinis tædio, quod omnium malorum est origo. Amen.

III. *Petitio Luminis, ad Filium Dei.*

O Sapiencia Patris, Lumen de Lumine, & Lux mundi indeficiens! illumina me, ut cognoscam te, & charitatem, quâ dignaris venire ad me, intelligam, quo me extremâ industriâ præparem. O author & consummator fidei, Jesu! illumina me in fide; ut in omnibus tentationibus resistam fortis in fide diabolo; qui ab incredulis timetur ut leo, à fortibus in fide ut vermis contemnitur. S. Isidorus l. 3. de summo bono c. 5.

N

Illa-

Illumina me in spe, Protector meus & clypeus omnibus sperantibus in te, ut abundem in spe & semper expectem ac desiderem te summè desiderabilem: tu enim es *Spes mea à juventute mea*, Psalm. 70. *Tu es Spes omnium finium terra*. Psalm. 64.

Illumina me in charitate, ut diligam te, Domine, & omnia sensuum blandimenta amore tui respuam, ô Deus meus & omnia! & cum famula tua Gertrude exclamem animitus: l. 2. c. 66.

» O amœnitas omnium colorum, dul-
 » cor omnium saporum, delectatio om-
 » nium sonorum, suavis amœnitas ample-
 » xuum intimorum, superfluens abyssus
 » divinitatis: Te omni creaturæ præligo
 » propter te omni delectationi abrenun-
 » tio; pro te omni adversitati obvio; in his
 » omnibus te unicum laudatorem requi-
 » ro; Tu animæ meæ vita; tecum sit affe-
 » ctio cordis mei, vi ardoris amatorii con-
 » flata. Utinam in omni, ad quod sine te
 » tendit anima mea, reddatur inanimata
 » ut in te vivida tecum arctissimo amoris
 » vinculo colligata permaneat.

IV. *Petitio charitatis ad Spiritum S.*

O Divine Spiritus ! amor incarnate & Ignis dilectionis æternæ ! ecce ego tepidus anhele ad te, sub Eucharistico velamine latentem, ut totus accendar à te.

Diligam te Domine, amore spirituali, quo omnia peccata odio habeam, omnes imperfectiones fugiam, & te unicum bonum meum omnibus creatis anteponam.

Diligam te Domine, amore inseparabili, quo semper in cogitatione & affectu te præsentem habeam, donec in regno tuo facie ad faciem te videam.

Diligam te Domine, amore infatigabili, quo nunquam à contemplatione perfectionum tuarum, nunquam à desiderio perfecti amoris tui, & studio bonorum operum desistam, donec in æternitate te inveniam.

Diligam te Domine amore incontaminabili, quo quidquid in mundo est concupiscentiæ abjiciam, ut me à seculo hoc immaculatum custodiam, donec ad puritatem increatam perveniam.

Diligam te Domine amore dulci & inextinguibili, quo nihil me fatiet, nihil delectet

nisi Bonitas æterna, quam in omnibus
quæram, donec in cœlo apprehendam.

Diligam te Domine, amore libero, quo
hostes meos contemnam, omnia cum
summa spiritus libertate perficiam, donec
ad libertatem Filiorum Dei conscendam.

Diligam te Domine, amore insupera-
bili, quo nullis adversis cadam, & unum
quodammodo tecum efficiar, ac cum A-
postolo dicam: Quis me separabit à cha-
ritate?

O Veni sancte Spiritus, reple tuorum
corda fidelium, & tui amoris in eis ignem
accende!

FERIA II.

I. *Suspiria ad impetrandum Spiritum Sanctum ejusque Dona.*

O Jesu Nazarene! flos de radice Jesse
super quem, vi unionis hypostatica
necessariò & connaturaliter requiescit
Spiritus Domini cum septem donis suis
in gradu excellentissimo; dispone me præ-
veniente gratiâ tuâ, dignumq; me effice
ad quem divertas, tecumq; Spiritum San-
ctum adducas, qui septem sua charismata
in gradu eminente mihi communicet.

Veniat

Veniat, obsecro, in me *Spiritus Sapientia!* quo divina & æterna profundè contempler, & secundùm ea de omnibus rectè decernam & judicem.

Descendat in me *Spiritus Scientia!* quo temporalia, & modum illis benè ad salutem utendi cognoscam.

Requiescat in me *Spiritus Intellectus!* quo obscura intelligam, & in adyta Scripturarum penetrem.

Habiter in me *Spiritus Consilii!* quo omnes meas & proximorum actiones honestè dirigam.

Iruat in me *Spiritus Fortitudinis!* quo adversa quævis, etiam martyrium, propter te Deum meum libenter sustineam.

Regnet in me *Spiritus Pietatis* seu Religionis! quo te Deum meum ut summum Parentem summâ reverentiâ colam: proximis verò tanquam Fratribus omnem æquitatem, & benevolentiam, unius Dei communis Parentis causâ exhibeam.

Denique configat & confirmet me *Spiritus Timoris Domini!* non servilis sed filialis, omnium virtutum fons & decus; ut Spiritu Sancto repletus Sacerdotalia

munia sanctè peragam ; semper ex spiritu cogitem, ex spiritu agam, ex spiritu loquar magnaia Dei.

II. Suspiria ad Spiritum Sanctum.

Veni Sancte Spiritus, Legislator optime, Legem timoris servilis in me dele & legem charitatis divinæ omnium fidelium cordibus inscribe.

Veni, ô Spiritus veritatis ! & omnem veritatem me doce; detege fallacia mundi principia, vera carnis blandimenta & diaboli nociva mendacia ; ut tua amplectar sancta dogmata.

O fiat repentè de cœlo sonus ! qui res totumque mundum percellat, atque è vorterno tepiditatis, ac peccati lethargo non exciter.

O Lingua ignea ! descende super me, & velut carbone ignito linguam meam tange, ut à vitis purgata vel de Deo, vel cum Deo ardentè semper loquatur.

Veni, ô Divine Auster ! perfla hortum animæ meæ, & fluent virtutum aromata.

Veni, ô Spiritus vehemens ! totamque domum mentis meæ reple : concupiscentiarum mearum ardorem tempera : imper-

fectio-

fectionum paleas exsuffla : & cymbam animæ meæ ad portum perfectionis & felicitatis æternitatis suaviter & efficaciter dirige.

Veni, ô ignis & flamma divini amoris ! & omnium mortalium pectora succende, purificer à te, ut purificem alios; illuminer à te, ut illuminem alios; accendar à te, ut accendam alios: ideo enim de cœlo mittaris, & quid vis nisi ut accendamus?

FERIA III.

Suspiria pro impetrandis 12. Fructibus Spiritus Sancti.

I.

O Salvator dilectissime ! mihi mox in dulcissimo Eucharistiæ Sacramento intimè conjungende: Tu arbor es cœlestis paradisi adferens fructus duodecim per menses singulos. *Apoc. 22.* Ego verò sum oleaster inutilis ac sterilis; quare instantissimè obsecro; inserar in te velut in bonam olivam, ut fructus bonos & copiosos proferam. Tu vitis, nos palmites: tu oliva fructifera, nos steriles: tu arbor vitæ, nos mortis propagines: ah inserar in te, uniar tibi, ut auxilio & favore tuo fructus no-

N 4

VOS

vos & recentes producam tuis non abli-
miles: tu enim dixisti: Qui manducat me-
am carnem & bibit meum sanguinem, in
me manet, & ego in eo. *Joan. 6.* Mandu-
cem igitur te, ut maneat in me & simus
uterque unus spiritus, quemadmodum
ramus insertus est unus cum suo stipite.

I I.

O Fecundissima vitæ arbor! in medio
Paradisi, seu Ecclesiæ plantata, moxq;
in corde meo, mediante Sacramento ama-
bili plantanda: profer in me, & fac ut ego
tecum proferam duodecim fructus Spi-
ritûs: ac

Primò quidem in hac sacra Commu-
nitione excellenter erumpat *Charitas*, que
me cum Deo meo, cum summo Bono
meo, cum Patre & Filio & Spiritu Sancto
intimè conjungat.

II. Deinde enascatur in anima mea
Gaudium in Spiritu Sancto, quòd cor me-
um totum lætificet atq; confirmet.

III. Oriatur *Pax*, quæ exsuperet om-
nem sensum, pacificetque carnem & spi-
ritum, & spiritum meum cum Divino
connectat.

IV. Exsurgat *Patientia*, quæ in laboribus & tribulationibus exulter adeò, ut deinceps in nullo glorietur, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi.

III.

O Fertilissima vitæ cœlestis arbor; mearentem surculum gratiæ succo inebria, ut V. germinet in me *Benignitas*, quæ omnibus etiam hostibus beneficiat.

VI. Propullulet *Bonitas*, quæ omnibus me suavem & amabilem reddat.

VII. Protuberet *Longanimitas*, quæ adversa quævis diu sustineat & speret.

VIII. Crescat *Mansuetudo*, quæ iram subinde effervescentem cohibeat, meque ex animo mitem efficiat.

IV.

O Arbor paradisiaca! sterili cordis mei fundo committenda, palmitem aridum gratiæ tuæ rore irriga; ut IX. *Fides* quoque in me vireat quâ certissimè credam, de hoc præsertim fidei mysterio, quod Deus revelavit, & me obtenturum confidam quæ promisit.

X. Promicet *Modestia*, quæ omnes in me exteriores corporis motus decenter componat & moderetur.

N 5 XI.

XI. *Vigeat Continentia*, quæ passio-
num impetus intra legitimos limites
contineat.

XII. Denique floreat *Castitas*, quæ
corpus & animam meam angelicâ puri-
tate sanctificet.

Ad extremum, O Jesu Arbor vitæ no-
bilissima, per gratiam hujus Sacramenti
fructiferi clementer indulge, ut fructus
hi omnes, quos in me producere dignaberis,
sani sint, recentes, diuturni ac copiosi
quibus salus renovatio, ac reformatio spiri-
tus mei constanter ad finem usque
conservetur & augeatur. Amen.

FERIA IV.

*Orationes pro obtinendis virtutibus
veluti dispositionibus ad gratias
gratis datas.*

I.

Domine Jesu Christe, potens opere &
sermone; tu posuisti olim in Ecclesia
tua primùm quidem Apostolos, secundùm
Prophetas, tertio Doctores, deinde Vir-
tutes & gratias curationum, cæterasque
dividens singulis pro beneplacito: nunc
quid hodie dum manus tua abbreviata est

aut non indiget Ecclesia tua, jam satis radicata, irrigatione hac? Ecce Domine, Regna integra & Provinciæ millionibus infidelium & Hæreticorum scatent. Selige, obsecro, & mitte viros Apostolicos ad gentes hæc convulsas & dilaceratas ne in opprobrium tuum Infernus animabus damnatis ultrà oppleatur. O si indignus ego inter præcones istos, & gloriæ tuæ instrumenta recenseri merear! Ehehe me quæso cum aliis plurimis ad tam præcellentem virtutem & humilitatem ut dignus efficiar cui animarum zelum, & gratias nonnullas gratis datas ad conversionem fidelium & infidelium, absque damno meo communices.

I I.

NEverò, Salvator mi, horum donorum præcellentia, occasionem vanitatis & ruinæ præbeat, mitte Spiritum Sanctum tuum de cœlis, qui in omnibus nos dirigat; & totum hoc ædificium, ut sapiens Architectus super firmam Petram non more Diaboli super arenam mobilem fundet, Solidet inquam illud in perfecta tui imitatione & omnium vanita-

N 6

tuum

tum ac visibilibus contemptu. O divine Spiritus, jamjam ad me in Sacramento cum Patre & Filio venture; pone te prius ut signaculum super cor meum, cœlestes ei virtutes imprimens, ac postea etiam ut signaculum super brachium, ad opera heroica fortitudinem tribuens. Absconde prius ignem divini Amoris in sinu meo per efficaciam sanctissimi Sacramenti; ut post inde prodeat ac vestimenta ardeant & luceant. Ne velut statua Nabuchodonosoris, luteis pedibus, tentatione irruente, corruam & comminuar.

III.

O Ignis qui semper ardes & nunquam extingueris! activâ Eucharistiæ virtute consume in me vitiorum scoriam, ut luceam clariùs & luculentiùs ardeam. Impelle me prius ad peragendum cum extrema perfectione & fervore ordinaria; ac postmodum, si ad gloriam tuam conduxerit, eleva me ad singularia, tam quoad interiora orationis & contemplationis domina, quàm ad externa vitæ activæ opera: ut hac ratione gratiæ tuæ efficaciam, sapientiæ sublimitatē, & omnipotentiae magnitudinem in me demonstres. IV.

I V.

O Divine Spiritus! qui primis Christianis tam sublimem vitæ perfectionem inspirasti, eosdemque ad illam assequendam adjuvisti; præcellas hasce Christiano & vel maximè Sacerdote dignas Virtutes cordi meo inferere. Communica mihi fidem adeò certam, ut Mystera divina tam firmiter credam, ac si oculis cernerem. Largire spem adeò securam, ut promissa divina ita sperem, ac si illa jam possiderem. Tribue mihi fiduciam adeò firmam in oratione, ut quod aliàs est ex mera gratia tam constanter ac firmiter petam, atque si esset debitum ex iustitia. Concede Obedientiam adeò promptam in rebus arduis ac difficillimis, atque si facillimæ essent & jucundæ. Præbe pœnitentiam adeò invictam, ut magno animo labores quoscunque tolerem, aliàs intolerabiles. Imprime cordi meo effusam misericordiam, succende animarum zelum infatigabilem & charitatem amore tui omnia sustinentem, etiam tormenta & martyrium.

N 7

FERIA

*Petitiones pro gratis gratis datis à
Spiritu S. obtinendis.*

O Divine Spiritus ! ubi prædictis Virtutibus tam excelsis me alióque instruxeris , & contra omnem vanitatis assultum præmuniveris , sequentes favores audebo confidenter petere , nixus Christi meritis , & liberalitate tuâ immensâ fretus.

I. Veni sancte Spiritus , & cum Patre & Filio , sub speciebus Eucharisticis me visitante , largâ manu dona tua impertra. Da mihi aliisque innumeris servis tuis in primis *Sermonem Sapientia* , quo ornati sublimia & occulta divina mysteria alios rectè doceamus & explicemus.

II. Deinde ô sancte Spiritus ! largire quoque nobis *Sermonem Scientia* , quo magnalia Dei , ex ipsis creaturis tanquam manuum ejus operibus deducta hominibus aptè persuadeamus.

III. Tribue nobis quoque ô Beate Spiritus *Gratiam fidei* , quâ ordinarios fidei articulos & veritates mortalibus ritè persuadeamus.

IV. Præsta quoque (si ad gloriam tuam aliorumque salutem expediat) famulis tuis virtute excellentibus *Gratiam sanitatum* , quâ infirmos sanitati restituant : atque ita plurimos convertant & in fide confirmant.

V. Concede etiam (si ad gloriam conducat) *operationem Virtutum* iisdem fidelibus servis tuis , ut ea per hos velut instrumenta , prodigia patres quæ mundum faciunt omnipotentiam tuam obstupescere , & infinitam majestatem tuam deprædicare.

VI. Infunde præterea nonnullis , si redundet in gloriam tuam *Gratiam Prophetia* , quâ futura in bonum alienæ salutis certissimè revelent.

VII. Mitte quàm plurimos viros Apostolicos ad varias gentes hæreticas , barbaras & infidelitatis tenebris oppressas , eosdemque dono & *Gratiâ linguarum* instrue , ut ab omnibus , de negotio Salutis agentes intelligi valeant : O si illis annumerari mererer.

VIII. Ad hæc segrega viros alios insignes , iisdemque *gratiam discretionis spirituum*

rituum elargire, ut pro salute proximi,
arcana, quæ in corde ejus geruntur ape-
riant.

IX. Prædictis denique, O Spiritus
Sancte! adjungere dignare *Donum inter-*
pretationis Sermonum, quo res obscuras
variis modis à te revelatas declarent, ad
maiores agnitionem, laudem & amorem
sanctissimæ Trinitatis. Amen.

Oratio ad Christum Dominum
Pro impetrando ejus Spiritu.

O Saluator mi! quemadmodum Elias
in Paradisum raptus, pallium & si-
mul cum eo ferventem spiritum suum du-
plicem Elisæo reliquit; ita tu in cælum
ascendens pro hæreditate, Ecclesiæ tuæ &
cuiusvis ejus justo pretiosissimam carnis tuæ
vestem in Sacramento altaris reliquisti, ut
ejus sumptione, unumquemque alterum
quasi Christum efficias per similitudinem.
Obsecro te, ut fiat in me spiritus tuus du-
plex: spiritus scilicet amoris Dei & amo-
ris proximi: spiritus exercendi opera vitæ
activæ & opera vitæ contemplativæ:
spiritus mortificationis & orationis: spi-
ritus

ritus faciendi & docendi : denique spiritus gratiarum & virtutum in proprium meum commodum , & gratiarum gratis datarum , in commodum aliorum : ita ut per efficacissimam factæ hujus communionis virtutem fiat discipulus sicut est Magister ejus ; eaque faciat opera admiranda, quæ ille fecit , ad solam & majorem Magistri sui honorem & gloriam. Amen.

FERIA VI.

Petitio Charitatis ad Patrem cœlestem.

I.

O Pater æterne ! Quid juvat , si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam ? nunquid ero velut æsonans aut cymbalum tinniens, cujus sonus, non vivus, sed mortuus, alios excitat ad faciendum quod sonus indicat ; ipsum verò loco non movetur ? Quare gratiam tuam copiosam mihi infunde ; ut emuler charismata meliora , & adhuc excellentiorem viam , quam demonstrat Apostolus , ingrediar , viam scilicet divinæ charitatis, quæ omnium virtutum & gratiarum vita & anima est. O Sacramentum amoris ! confer mihi hodie te sumentibus hanc

hanc gratiam: ut diligam te, Domine, vitus mea, & diligar à te, tibi que soli placeam. Amen.

I I.

O Christe Fili Dei vivi! qui dixisti: Ignem veni mittere in terram, & quod volo nisi ut accendatur? mitte, quæso, hac sacra Communione ignem hunc divini amoris in frigidum cor meum, ut accendatur & ardeat. Communica mihi tam sublime charitatis supernaturalis donum, sine qua omnes aliæ gratiæ sine merito & mortuæ reputantur: *Si enim habuero prophetiam & noverim mysteria omnia & omnem scientiam, & habuero fidem, ita ut montes transferam; charitatem autem non habuero, nihil sum, quia in nihilo, in peccato remaneo. Absorbeat me igitur, mi Jesu, vis melliflua amoris tui, ut amore amoris tui vivam & moriar, qui amore mei dignatus es mori, sed nunc vivis & regnas in secula, Amen.*

I I I.

O Divine Spiritus! ignis amoris ad cuius incendium Pater in Filium, & Filius in Patrem mutuâ dilectione eliquatur: in hac

hac sacræ Eucharistiæ perceptione infun-
 de obsecro animæ meæ repidæ genuinum
 Dei & proximi amorem, qui solus Filios
 Dei à filiis diaboli, Discipulos Christi à di-
 scipulis mundi discernit. Hoc pretioso
 amore obtento dives sum, eo remoto, in
 inopia & miseria permaneo: *si enim di-*
stribuero in cibos pauperum omnes facult-
ates meas, & si tradidero corpus meum,
ita ut ardeam; charitatem autem non ha-
buerò, nihil mihi prodest, quia in peccato
 hæreo, etiamsi profit aliis, quorum neces-
 sitatibus subvenio; & licet corpus ardeat,
 cor tamen alget. Quare ô Sancte Spiritus
 vinculum & nexus amoris inter Patrem
 & Filium, hoc me tecum amore conjun-
 ge, qui omnium vitiorum sit interitus,
 operum verò sanctorum principium; qui
 omnes, omnes virtutes secum colligatas
 adducat, & tanquam Regina omnibus im-
 peret: hunc amorem si dederis, di-
 ves sum satis, & nihil ultra de-
 sidero. Amen.

☉(o)☉

SAB-

Orationes pro obtinendis effectibus divinae charitatis.

Oratio 1. ad Deum Patrem.

O Infinita Charitas, Deus meus & omnia! distribue gratias reliquas pro libitu cui volueris; hanc mihi praesta ceteris majorem, ut perfectâ charitate perpetuo te diligam. O Pater aeternae unâ cum Filio infinitum spirans amorem, qui est Spiritus Sanctus! inspira mihi, licet indigno, spiritum tuæ dilectionis, per quem agam in utilitatem propriam, quod per gratias gratis datas agerem ad utilitatem alienam. Obtineam in hac sacrae synaxeos frequentatione hunc spiritum tuæ charitatis, qui proprium habet donum linguarum, non carnis sed ignis, non linguarum solum hominum, sed & Angelorum; quo cum Deo meo loquar in psalmis & hymnis ac canticis spiritualibus, cum gratiarum actione aliisque tenerrimis affectibus; cum proximo verò loquar verbis amore sancto accensis, omniumque necessitatibus, omnibus omnia factus, me accommodem.

Oratio

Oratio II. ad Filium Dei.

A Mantissime Redemptor, qui amicos
 & servos tuos in te credentes, & cha-
 ritate perfectâ te diligentes, magna, imò
 majora, quàm tu ipse præstiteris, factu-
 ros prodigia promifisti; Ego, Domine,
 relinquam hæc admiranda aliis digniori-
 bus: unum ad sacram Eucharistiam ac-
 cessurus peto humillimè donum scilicet
 & effectus charitatis divinæ; hoc enim
 donum & suum habet donum Sapientiæ
 & scientiæ ad mysteria divina penetranda;
 cui enim ea manifesta, nisi amicis tuis?
 qui verò sunt amici tui nisi charitate præ-
 dit? hoc donum per gratiam tuam nun-
 quam excidet, veluti Prophetia, scientia
 & linguæ; sed incipiet in hac vita & æ-
 ternum permanebit in altera. Hoc do-
 num, cor meum è carnali in spirituale
 commutabit, optatâ metamorphosi &
 miracula spiritualia non deerunt, incre-
 dibilia iis, qui non diligunt. Mundus
 enim magni facit divitias, charitas autem
 spernit: mundus ambit honores, charitas
 contemnit: mundum quies & prosperitas de-
 lectat, charitas in labore & adversis exul-

tat; mundus sanitatem & vitam longam amat; charitas infirmitatem amplectitur, mortem non timet, vitam & sanguinem pro dilectis profundere non recusat. Hæc & non alia signa, sacratissima corporis & sanguinis tui perceptio in anima mea edere dignetur, ut gloriam tuam in hoc mundo propagem, & laudem coram te Deo meo & Angelis eximiam reportem. Amen.

Oratio III. ad Spiritum sanctum.

O Beatissime Spiritus! tu ardor es immensus, quo Pater & Filius mutuos in amores effervescent: tu halitus es, quo se afflant: complexus es, quo se amant: unio quâ se nectunt, nodus quo se stringunt, obsecro & obtestor te instantissimè, dum in hac sacra Synaxi cum Patre & Filio descendis in me & mansionem apud me facis, accende me, affla me, complectere me, necte & astringe me tibi, ut totus charitate divinâ inflammatus, tecum unitus, ac unus spiritus effectus ut instrumentum gloriæ tuæ elever ad maxima in Christianis tepidis, hæreticis perveris, & infidelibus excæcatis perpetranda. Hoc

fine

me, velut olim Apostolos, primosque
 Christianos, per timorem me purga, li-
 quefac per pietatem, per fortitudinem
 consolida, per consilium ad cœlestia men-
 tem eleva, per scientiam exorna, per in-
 tellectum illumina, per sapientiam dul-
 cedine reple. Veni sancte Spiritus & tui
 amoris ignem in nobis accende! Veni ô
 Charitas! & totum me posside. Regna
 in me ô Charitas! gratia gratiarum, vir-
 tutum regina, operum sanctorum prin-
 cipium, radix meritorum, fons saliens in-
 vitam æternam. Hoc unicè oro, hoc peto
 per Jesum Christum, qui *ignem & Spiri-
 tum manducandum & bibendum nobis
 prestavit carne vestitis, corpus scilicet &
 sanguinem suum.* S. Ephrem. de Nat.
 Dei cap. 5.

Oratio ad B. V. Mariam.

O Virgo gratiosissima, charitate & Spi-
 ritus sancti donis plenissima; hunc
 tibi à Filio tuo omnis charitatis fonte fa-
 vorem impetra, ut ita me ad hoc sacrifi-
 cium peragendum & Spiritum sanctum
 recipiendum præparem, quemadmodum
 ad Spiritum sanctum in Pentecoste, &
 Filium

Filium tuum in communione suscipiendum præparasti, ut similem quoque charitatis fervorem obtineam. Per eundem Christum Dominum nostrum.

Oratio ad S. Angelum Custodem.

○ Sancte mi Angele Custos assiste mihi sacrificanti, juxta aram cœlestis incensi, plurimis Cherubinis & Seraphinis stipatus; quo cogitatione cherubicâ illustratus divinorum mysteriorum sublimitatem cognoscam; & charitate seraphicâ succensus eadem tractem. Amen.

Oratio ad Sanctum hodiernum.

○ Sancte N. signis & prodigiis in vita & post mortem editis clarissime, impetra mihi, obsecro, effectus charitatis admirandos, ut digniore efficiar ad sumendum & tractandum omnis charitatis fontem, omnis boni plenitudinem. Amen.

SUB SACRIFICIO.

Roga Christum Dominum ut juxta promissionem suam, mittat Spiritum Sanctum, qui te veluti olim Apostolos in alium virum commutet: nam Spiritus Sanctus teste S. Chryostomo in acta Hom. 4.

Ad quoscunque accesserit, eos pro luteis aureos reddit. Erant illi antè infirma mundi, ex demonum subjectione vanè gloriabundi, de majoratu contentiosi, iracundi volentes fulmina mitti in civitatem tristitiâ & timore percussi, fugâ a negotiatione Christi inquinati &c. Ast accepto Spiritu S. studiis planè contrariis imbuti, mundo sibiq; mortui, cælo & Deo pleni, & ab ubertate gratiarum cælestium quasi musto ebrii, sal terra, mundi luminaria. Similem imitationem tui flagita. Ad initium Sacri, debilitatem & fragilitatem tuam confitere, tepiditatem agnosce & dole. Deinde ignem Spiritus S. ejusdem proprietates exposce, ut purificeris & purifices, illumineris & illumines, accendaris & accendas corde & lingua igneâ nihil desiderans, nihil loquens nisi Deum.

Aut si varietas delectet, utere praxi juris nostri Joannis Pauli Olive XI. Societatis nostræ Generalis, vel si hæc prolixior nonnulla gustui tuo accommodatior tibi selige.

O

Praxis

Praxis Sacrificandi

P. N. Joannis Pauli Olive Generalis XL
Societatis.

Ad solam & majorem Dei Gloriam:

1. *Statim post oblatum Deipara pectus, advocare sanctissimum Domini Precursorem, ut pectori nostro illabatur ad custodiam, paraturus Domino viam & domicilium.*

2. *Antequam descendatur in sacrarium, premisso contritionis actu ferventissimo, petere à quinque sanctis nostris Tutelaribus nomen Virginis; & à Bernardo quidem lacrymam unam Deiparae, & à Petro Damiano Dominici cruoris guttulam postulare; quae duae gemmae hinc & hinc infixae pectori gratiores nos prestabunt venturo Agno.*

3. *Quando manus abluimus, invocentur M. Magdalena: Maria Aegyptiaca, Pelagia, Theodora, Thais, Luce poenitens, David, Paulus, Augustinus, mixtis praesertim cruori Domini & Dominae lacrymis, interim actus contritionis eliciatur.*

4. Induant nos sancta Mulieres, quae morienti Domino adfuerunt, extractis per Virginem sacerdotalibus indumentis, & vulneribus Salvatoris. Porro dum vestimur, animo concipiamus, quae ore profesimus; nempe robur contra tentationes, candoris desiderium, pudoris custodiam, laboris cupiditatem, dominici jugi non tolerantiam modo, verum etiam ambitionem.

5. Dum progredimur ad altare, meminerimus quâ reverentiâ & Charitate ad curas Filii Dei Mater accederet, tantam vicissimam oblatura.

6. Invocentur Nicodemus & Joseph, dum sacrum corporale explicatur.

7. Toto Confessionis & Introitus tempore persistamus ad pedes Virginis, elicitâ contritione quâ possumus vehementissimâ, ad id invocatis Davide, Magdalenâ, Paulo & Augustino, eoque poenitentium patrum, quem pientissimus Climacus suis gradibus collocavit.

8. Dum accedimus Aram osculari uni Magdalena innitemur, ut suis osculis doceat nos osculum Charitatis. In Missa introitu imploremus Religiosorum

Ordinum Patriarchas Dominicum praesertim & Benedictum.

9. *Ad Kyrie eleison rogetur Deus ne misereatur nostri, menti nostra imprimendo aternitatem intercessione S. Ephrem*

10. *Angelorum Chori universi advo-centur, dum inchoatur, Gloria in excelsis, praeipuo affectu prosequendo illa verba: Gratias agimus tibi &c. Dum autem dicimus suscipe deprecationem nostram, nomen Virginis postuletur.*

11. *Orationes recitemus quàm devotissimè, ac si personam Virginis ageremus, cum nomine Ecclesiae supplicaret.*

12. *Ad Epistolam satis est, authorem invocare, ut doctrinam eam tum nobis insculpat, tum circumstanti nos Populo.*

13. *Dum petimus Benedictionem Evangelium recitaturi, confugiamus ad Isaiam & Cherubim ut nostra perpurgent labia, invocato etiam S. Antonio, quae eam nobis & populo docilitatem impetret, quàm ipse olim obedivit Evangelio. Patro-nus autem, dum Evangelium recitatur, erit is qui illud scripsit.*

14. *Ad Credo vita nostra offeratur*

alacri
plorato

15.

pariter

crime

florum

no aut

Deo ve

16.

deaross

finum,

merita

ferantur

sanctis

17. I

biscum

bitur in

libris

Domini

18. I

buntur

nostris, e

19.

Sulcipe

mur &

lum die

ala

alacriter Domino pro fidei confessione, implorato auxilio Patrum SS. Nicena synodi.

15. Dum Hostia offertur, offerantur pariter cum illa Sanguis Jesu. Mariae Lacryme, Angelorum Thymiama, & Sanctorum pretiosissimi Cineres. Cum Augustino autem eliciatur actus consequenda à Deo venia pro meritis Christi.

16. Dum aqua vino infunditur, gaudeamus allapsam olim Verbum in Virginis sinum, quorum nempe Christi & Matris merita pro conversione mundi univerti offerantur Patri, opitulatore Monachis sancti Cœnobii Lerinensis.

17. In spiritu Humilitatis, Daniel nobiscum orabit. Veni sanctificator, recitabitur in cœnaculo cum Discipulis & Mulieribus sanctis, quibus illapsus est Spiritus Domini.

18. Dum digiti abluantur, invocantur iterum Sancti Pœnitentes Patroni nostri, emissâ contritione ardentissimâ.

19. Aderit S. Gregorius M. dicentibus: Suscipe sancta Trinitas. Angelos alloquimur & implorabimus, cum versi ad populum dicimus: Orate fratres.

O 3

20. Pre-

20. *Præfatio erit in laudem incarnati Verbi, quod Regem nostrum animo propensissimo profitebimur, implorato S. Hieronymo.*

21. *Teigitur, nobiscum inchoabit S. Athanasius Trinitatis obsequentissimus. Monica prosequetur Memento, qua sanctificare potuit quos Domino commendavit. Communicantes advocabit Naziansenum sanctorum præconem eximium. Hancigitur oblationem, Basilus offeret.*

22. *Inchoaturi, qui pridie quam pateretur, Apostolos omnes adesse precabimur, cum Principibus, ut gallicâ utamur phrasî, sanguinis & regni, nempe Abraham, Isaac, Jacob, Davide, Joachim, Annæ, Joseph & Gabriele, precati ut inter eos Sacerdotes adlegamur, quos sibi Christus Eucharistiam instituturus præscripsit: ejusdem Domini gratiarum actione oblatâ Patri.*

23. *Post consecrationem offeremus Patri hostiam, pro collatis donis innumeris Beatissimæ Virgini, cujus nomen instantissimè postulabimus, offerendo pro augmento gloriæ ejus Unigenito vitam nostram. Porrò hostiam, quod etiam de calice dictum*

velim, Magdalena & Angelus Custos deferent Virgini, ut à Virgine offeratur Trinitati; in holocaustum Divinitatis, in gratiarum actionem pro beneficiis concessis in nos & in nostros, videlicet in SS. Patronos, & in eos quos nobis aut commendatos aut commissos habemus; in satisfactionem scelerum nostrorum, & impurationem quinque gemmarum, nempe Nominis, Honoris, Amoris, Religiositatis atque Aeternitatis: qui affectus frequentissimi erunt in tota Missa.

24. Calix offeretur iisdem deductoribus in honorem Dominice Incarnationis & passionis: quo deposito, rogabimus Magdalenam, ut in eo diluat scelera nostra. Joannem Chrysostomum ut & linguas nostras & Auditorum nostrorum aures perfundat cruore sancto. Monicam ut quos commendatos cupimus immergat calici. Odilonem, ut purgantes animas Christi cruore refrigeret. Ignatium denique, ut Societatem, & domum precipue quam incolimus ita sanguini Dominico immergat, ut non emergat. Exinde, ac si essemus Virgo ipsa Beatissima, eadem prorsus reverentiâ

rentiâ, fide, charitate & pœne dicimus
divinitate, respiciemus, offeremus, tra-
ctabimus Filium Dei & Deum nostrum.

25. Quando meminerimus Sacrificio-
rum Abelis, Abrahami & Melchisedech,
confundemur quod illi tam vilibus hostiis,
tam mirè Domino litaverint, cum nostra
frigescat oblatio, quâ tamen Dei Filius
immolatur: propterea implorabimus eo-
rum patrocinium.

26. Cum dicemus, Jube hoc perfecti
per manus S. Angeli, Custodi Angelo vi-
sima contradetur.

27. Ennuntiantes, Per ipsum &c. Im-
plorabimus S. Ambrosium, rursus pro-
cabimur Hilarionem, Martinum, Augu-
stinum, ut nobis morituris adesse velint.
Quando pronuntiamus, Omnis honor &
gloria. Firmissimè statuemus immolata
Christo omni gloriâ nostrâ, nunquam nos
recessuros ab humilitate propositi & cordis
nostri.

28. Pater noster recitaturis adstant
nobis SS. Cyprianus & Chrysologus, qui
orationem Dominicam interpretati sunt
eam antem recitabimus quo affectu eam re-
citamus

citata
cum p
29

ranos
nem Fi
30.

cem, n
ti & B
pacem

dimitte
labimur

sum:
bus & a
dubium

31.
anne B
miserea
visum n

32. S
tiones an
nobiscum

exaudi
dam An
am Bea

accipien
Chrysoft
citatio

citam fuisse censendum est à B. Virgine,
cum primò eam recitavit & ultimò.

29. Cum osculamur patenam, post Libe-
ranos. Imaginemur Beatissimam Virgi-
nem Filii cunas & fasciolas exosculantem.

30. Dividentibus Hostiam super cali-
cem, nobiscum erunt cum S. Ignatio San-
cti & Beati nostri, quibus commendabimus
pacem Societatis, unionem & fervorem:
dimittendo particulam in calicem gratu-
labimur Beatissime Virgini Verbum in-
fatum; exercebimus autem nos in iis acti-
bus & affectibus, quos ipsam exercuisse non
dubium est, dum Verbum concepit.

31. Ad Agnus Dei, intercessore S. Jo-
anne Baptistà Christum precabimur, ut
miseretur nostri tollendo à nobis, quod in-
visum magis est Virgini in nobis.

32. S. Magdalena, dum recitamus ora-
tiones ante communionem aderit nobis, imò
nobiscum recitabit; quarum primam ut
exaudiatur deferemus S. Gabrieli, secun-
dam Anna & Joachim & Josepho, terti-
am Beatissima Virgini. Panem cœlestem
accipiemus implorando Centurionem &
Chrysostomum, qui aureas optabat in Sa-
cerdo-

cerdotibus dexteras. Dum Hostiam tenemus, Virginem imaginabimur Filium suum completentem. S. Magdalena nobiscum veniam à Deo petet.

Ad primum Domine non sum dignus, patratorum in seculo scelerum: ad secundum admissorum in religione criminum: ad tertium admissarum post sacerdotium negligentiarum atq; defectuum. Tum incurvati eliciemus actus, quos supra dixi holocausti, contritionis &c. Petemus autem nomen Virginis ex quo arcana Scripturarum in nos redundent, quibus impinguetur & cor & lingua nostra. Petemus & pedes ex quibus fluant religiositas & aternitas. Hostiam porriget nobis diebus solemnioribus Beatissima Virgo, inferalibus S. Joannes Evangelista. Erecti statim petemus nomen Virginis ignei amoris plenissimum erga Patrem, Verbum & Spiritum sanctum; cui offeremus vitam & omnia nostra, eliciendo actus supradictos holocausti &c. Tum dicemus cum S. Francisco corde tantum: Deus meus & omnia.

33. Antequam calicem sumamus per manus boni Latronis, corde ad Deum clamabimus

rogabimus: Domine si vis potes me munda-
re; tria ab illo petemus. I. Ut emundet
delicta nostra. II. Ut semper sciamus &
audiamus incipere vitam novam. III. Ut
doceat nos extremas vite nostrae horas pre-
tiosas reddere. Rogabimus etiam S. Mi-
chaelem, ut nos ita diluat, quomodo in
exitu nostro dilutos vellet. Rogabimus eti-
am S. Moysen, ut Pharaonem cum exer-
citu suo tentationes videlicet omnes in ma-
rirubro divini cruoris demergat, non ne
tentemur, sed ne ledamur.

34. Hausto divinissimo sanguine elicie-
mus actus holocausti &c. offeremus meri-
ta Christi, Virginis, Angelorum atq; San-
ctorum, pro iis, quae summi Pontifices com-
mendari volunt: ut è purgatorio ea anima
liberetur, quam liberari gratius est B.
Virgini.

35. Dum calicem porrigimus, invoca-
bimus sanctos nostros Tutelares pro spiritu-
ali sermone, nempe Honoratum, Benedi-
ctum, Scholasticam, Aloysium & N.N. ut
linguas nostras respergant sacratissimo san-
guine & lacte Virginis, iis addendo duos
illos Cherubim, quos Isaias clamantes au-
divit,

divit, Sanctus, Sanctus, Sanctus, invocato eodem Prophetâ & Cherubim qui labia ejus exussit.

36. Ad ultimam ablutionem rogamus SS. Machabeos cum Matre & S. Patrem nostrum, ut legem Dei & leges nostras scribant in pectore nostro, & tutentur.

37. Sumptâ ablutione tradatur pectus nostrum custodiendum illi Cherub, qui ad custodiam paradisi prepositus est. cui addamus Collegas duos ex Patribus veteris Testamenti, eos quotidie variando. Tum Virgo Beatissima pro nobis gratias agat Trinitati sanctissima pro tanto munere. Ipsi Virgini gratias agat Elisabeth cognata ejus cum omnibus sanctis Patronis nostris perfundente & perungente Magdalenâ divinum Christi Domini corpus.

38. Postcommunio tota erit pro liberatione illius anime, quam jam Domino commendavimus. Ad Placeat tibi offerent Deo sacrificium nostrum S. Lucianus Martyr & S. Philippus Nerius, quorum alter catenatus sacrificavit in carcere, alter sacrificaturus rapiebatur in cœlum. Dum benedicimus populo, accipiemus benedictionem à Virgine.

39. D
Christi
admit
bus al
ti Do
mus pr
triarc
Baptis
40.
mus ca
nielem
peccare
sacro, o
tatur a
adoret,
dicimus
present
precabi
Ingr
Christi
altus a
Deo & G
expiati
offerem
ejus; ne
tation
Dum

39. Dum legimus In principio precabimur Christum Dominum & Virginem, ut nos admittant inter illos beatos amplexus, quibus alter alteri junctus est in primo instanti Dominica Incarnationis. Gratias agemus pro beneficio, recolendo desideria Patriarcharum & Prophetarum, S. Joannis Baptista & Joannis Evangelista.

40. Redeundo in sacrarium invocabimus cum tribus Pueris Susannam & Danielem, eâ mente ut malimus perire, quam peccare. Quoties autem genuflectimus in sacro, optabimus ut totus mundus convertatur ad Dominum, & SS. Trinitatem adoret, oblatâ ad id vitâ nostrâ. Quoties dicimus Dominus vobiscum divinam presentiam adstantium mentibus comprecabimur.

In gratiarum actione offeremus merita Christi &c. petemus nomen &c. eliciemus actus doloris &c. commendabimus nos Deo &c. Deinde tum pro munere, tum pro expiatione actionum nostrarum omnium offeremus Agno primarias actiones Matris ejus; nempe adherentiam in Conceptione, oblationem in presentatione, blanditias chari-

charitatis in Annuntiatione, devotionem
atq; pietatem in Nativitate, indifferentiam
in fuga, conformitatem in Calvario,
sitim in praestolatione Paracliti, zelum in
detestatione peccantium: oculorum mode-
stiam, oris sanctitatem, gratitudinem cor-
dis, Virginitatem, Humilitatem, Uni-
formitatem, orationem, mortificationem,
amorem & mortem. *Quae dum recolimus,
detestabimur quidquid in his deliquimus.
Exclamabimus denique cum Simone:
Nunc dimittis. &c. respuendo omnino
omnia, contenti Deo nostro.*

POST SACRIFICIUM.

Oratio I. ad Deum Patrem.

O Pater aeternae! quò potuit ulterius cha-
ritas tua pervenire, quàm ut ipsum
met Filium tuum dilectissimum & uni-
genitum nobis donares? quid à te sperare
non poterimus, qui pretiosum adeò do-
num mundo largiris, non semel, sed mil-
lies, ut omnes ad sacram mensam acce-
dentes ejus queant esse participes? Qui
summum Bonum nobis donas, quomodo
alia minora negabis, quæ à Te petimus, ut

iiidem

illidem tibi, tanquam Filii benignissimo Patri serviamus? Si enim Filii hujus seculi, cum sint mali, norunt tamen bona data dare filiis suis, quantò magis, Pater noster cœlestis dabit Spiritum bonum petentibus eum?

Oratio I. I. ad Christum Dominum.

O Verbum omnipotens! Verbum caro factum, quot olim verbo ex ore tuo procedente morbos curabas, mortuos suscitabas, peccatores convertebas, transmutabas corda, eaque donis tuis replebas: mare tranquillabas, ventis imperabas, dæmonia expellebas, hostes in terram prosternebas, omnia denique verbo tuo subiecta tenebas. Quid non sperem à te, quando cum omnipotentia & bonitate tua in Sacramento absconditum, & velut incognitò ad me venis, ut familiariùs mecum agas, eaq; in anima mea præstes, quæ dum in terra versareris efficiebas?

Obsecro te, per viscera misericordiæ tuæ, verbo interno & gratiæ tuæ efficacitate me spiritualiter infirmum sana, mortuum suscita, peccatorem converte, commuta voluntatem, animum tranquilla,
ten-

tentationes reprime, dæmones repelle, & omnibus hostibus meis detriumphatis, in pace deinceps vivam, atque in sanctitate & justitia serviam tibi omnibus diebus. Tantùm dic verbo, & statim omnipotentiam tuam in his omnibus experiar. Amen.

Oratio III. ad Spiritum sanctum.

O Sancte Spiritus, infinita Bonitas & Amor immense, fons sanctitatis, sanctifica obsecro, domum istam, quam ingredi & visitare modò dignatus es. Effundo coram Te animam meam imperfectam, ut tuâ eam sanctitate perficias: patet tibi malitia cordis mei, Bonitas tua eam corrige: tu nosti tenebras animæ meæ, dic ut in ea fiat lux & statim illustrabitur. Tu vides teporem meum; ignis ille tuus divinus me extimulet: jube in me quod volueris, & statim quod jusseris, perficietur. Qui cum Patre & Filio vivis & regnas in secula. Amen.

Oratio IV. ad Patrem.

O Pater Æterne! Pater luminum, à quo omne datum optimum & omne donum perfectum descendit: datum optimum per excellentiam est Filius tuus; & donum perfectum per excellen-

tiam est
mo Sa
dignari
Pater tu
quæ ad
movit?
intellec
tum.
qui à ve
cedit:
donis a
lectum
bus a c
omnes
num. A
O Re
ign
volonit
tro def
terra, a
dio ejus
quid in
id quod
consum
capacen
tiam

riam est Spiritus Sanctus, qui in sanctissimo Sacramento unà tecum me visitare dignari sunt. Quas gratias tibi referam, Pater supreme, pro infinita charitate hac, quæ ad dona infinita mihi danda te permovet? Dedisti mihi Filium tuum, qui ab intellectu tuo procedit, tanquam Verbum tuum. Dedisti mihi Spiritum Sanctum qui à voluntate tua sicut amor tuus procedit: quid tibi, Domine, rependam pro donis a deo pretiosis? accipe, quæso, intellectum & voluntatem meam cum omnibus actionibus ab eis procedentibus, ut omnes ad gloriam tuam cedant in æternum. Amen.

Oratio V. ad Filium.

O Redemptor amantissime! qui dixisti: ignem veni mittere in terram, & quid voluisti ut accendatur? imple nunc obsecro desiderium tuum in hac animæ meæ terra, ad quam descendisti, excita in medio ejus ignem hunc, ut consumat quidquid in ea terrenum est, meque elevet ad id quod cœleste est. O Ignis consumens! consume in me quidquid tibi displicet, & capacem effice lucis, ardoris, agilitatis & activi-

activitatis, cœlestis ignis, ut perfectè in
 eum transformatus ignis munus exercen-
 di proximos à peccatis purificem, lumine
 verò doctrinæ eos collustrem, & flammis
 charitatis succendam, eorumque deside-
 ria in cœlum levem, & cum Deo per unis-
 onem veri amoris jungam. Amen.

Oratio VI. ad Spiritum Sanctum.

O Spiritus vitæ! conservans in Electis
 vitam gratiæ, quâ respirant & concu-
 piscentiæ ardorem mortificant, custodi
 in me, obsecro, spiritualem vitam gratiæ,
 & vitiorum flammam tempera: insuffla
 quoque super interfectos, id est peccato-
 res per universum mundum, eosdemque
 ad vitam revoca, ut mecum laudent te in
 secula.

O Cœlestis Favonie! purgans & sepa-
 rans bonum à malo, perfectum ab imper-
 fecto, pretiosum à vili, granum à palea:
 Veni, aspira, purga, separa, à malo remo-
 ve, ad bonum impelle, & velut ventus
 amœnus, sanctitate spirituali me reple. **O**
 Carbo divine! velut sol novo lumine, vel
 ut ignis cœlesti calore, velut Magister do-
 ctrinâ sacrâ, velut Medicus sanitate per-
 fectâ

fectâ me bea: & quemadmodum Aposto-
 los & Discipulos Domini repente in viros
 alios commutasti; ita me in momento ex
 timido audacem, ex imbecilli fortem, ex
 ignaro sapientem, ex invido charitate fer-
 ventem, ex ambizioso humilem, ex imper-
 fecto, omni perfectione præstantem effi-
 cere dignare; ut hac ratione mutatus, nihil
 velim, nihil cupiam extra te, sed te plenus
 & internâ præsentia tuâ satiatus te fruar
 in vita, metâ & patriâ. Amen.

1. Testimonium Patris æterni.

Tres sunt qui testimonium dant in cœ-
 lo Pater, Verbum & Spiritus sanctus,
 & hi tres unum sunt, ait Discipulus quem
 diligebat Jesus. *1. Ioan. 5.* O Pater æ-
 terne! Tu devotè communicanti testi-
 monium internum dare affoles præsentia
 Filii tui in Sacramento, & excellentia pa-
 nis vivi, dum omnipotentia tuâ facultates
 animæ corroboras in Divino obsequio,
 renovasque hîc testimonium olim in Ba-
 ptismo & Transfiguratione à te datum:
*Hic est Filius meus dilectus in quo mihi
 bene complacui, ipsum audite.* Da testi-
 monium animæ meæ de præsentia Filii tui
 dilecti

dilecti in sacra Eucharistia, ut hoc admirabile Trinitatis inventum, hoc saluberrimum Deitatis consilium, hoc ineffabile Amoris mysterium, hoc Omnipotentiae prodigium, Sapientiae arcanum, Bonitatis abyssum, vivacissime credam, firmissime sperem, ardentissime concupiscam & omni honore & cultu possibili diligentissime prosequar. Corroborata animae meae facultates in tuo servitio, & gratiam tuam mihi assiste, ut Filium tuum assidue audiam, eum cum amore suscipiam, velut Magistrum auscultem, velut Ducem sequar, nec desistam, donec assequar. Amen.

11. Testimoniam Filij Dei.

TU quoque, Fili Dei, testimonium dare soles praesentiae tuae, sacram Synaxin adeunti, dum Sapientiam tuam infinitam eum illustras, agenda edoces, renovasque hoc testimonium, à te olim in terris degente de temetipso datum: *Ego sum via, veritas & vita. Ego sum via* per quam ad perfectionem & ad caelum ambulandum est, ne aberretur. *Ego sum veritas*, cui credendum est, ut solatium & quies inveniantur. *Ego sum vita aeterna*, quae speranda &

procuranda est, ut beatitudo obtineatur.
 O JESU! esto mihi in hac Communionem
 sacra, *Via, veritas & vita*: esto mihi via,
 per quam ambulem: esto mihi veritas in
 qua requiescam: esto mihi vita & beati-
 tudo in qua aeternum gaudeam. Amen.

III. *Testimonium Spiritus sancti.*

ET tu Divine Spiritus, in animam in-
 gressus, Bonitate tuâ testimonium das
 presentiae tuæ: nunc enim tanquam co-
 lumba innocentia & puritate, quam effi-
 cis, ac gemitibus, sensisque teneris excita-
 tu testimonium præbes: nunc tanquam
 ignis ferventibus amoris ac zeli affectibus
 accensis & te Dei Filium intimè in anima
 presentem esse attestaris. O Sancte Spiri-
 tus ostende nunc obsecro in me signa tuæ
 presentiae: velut columba innocentia &
 puritate mentem exorna: gemitus, te-
 neris que sensus in me excita; ac velut in-
 flammatae activitatis ignis ardore charitatis &
 animarum zelo me totum inflamma. Tri-
 um enim testimonium unum est, tendens
 ad unionem charitatis inter Deum & Ho-
 minem, ut per intimam familiaritatem
 unus fiant Spiritus. O fiat! fiat!


IV. *Testi-*

*IV. Testimonium Spiritus, Sanguinis
& Aqua.*

TRes quoque sunt, qui testimonium dant in terra, Spiritus, deinde Sanguis & Aqua, quæ ex Domini mei Latere profluxerunt; in cuius signum aqua vino miscetur in calice. O Spiritus mei Salvatoris testimonium præbe præsentia Domini mei, dum tui similitudinem nempe Spiritum Christi mihi communicanti communicas. O Sanguis & aqua Redemptoris mei, lavacrum mihi perfectum conficite, magnam animæ puritatem & cordis fervorem concedendo; ut tanquam Leo ignem spirans ab hac mensa divina recedam factus diabolo terribilis, Sacrosanctæ verò Trinitati amabilis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Hymnus.

Veni Sancte Spiritus & emitte callidus, &c.



IGNIS ET LIGNA
AD VICTIMAM HOLOCAUSTI
EUCCHARISTICI.

Sive

Considerationes & affectus
Pro Sacrificio Missæ à Festo SS. Trinitatis
usque ad Adventum.

Consideratio Excitatoria.

Currunt multi ad diversa loca, longaque itinera ac permolesta suscipiunt, ut Sanctorum sacra Lipsana & ossa intueantur, venerentur & exosculentur: & ecce tu præsens es hîc in Altari Deus meus, æternus, infinitus, immensus, Sanctus Sanctorum, Creator omnium & Dominus Angelorum: & quàm tepidè, quàm exiguâ fide, devotione & fervore præsertim lucri temporalis spe non affulgente, à nonnullis Sacerdotibus ad te curritur, cum tamen incredibili desiderio, inexplicabili fame & ardore sublimissima hæc mysteria frequentanda forent, in quibus non ossa alicujus Sancti, sed Sancti Sanctorum ossa, Corpus & Anima, cum sua
Divi-

Divinitate tremenda, suscipiatur, & manducantur.

Suspiria per diem.

Terribilis est locus iste, hinc domus Dei est, & porta cæli. Gen. 28.

Quantâ igitur puritate ac devotione adeundus Sacerdoti?

O Deus immense, æterne, infinite, cæli cælorum te capere non possunt quantum magis domus hæc? sed respice ad orationem servi tui, & ad preces ejus Domine Deus meus. 3. Reg. 8. 27.

Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. Dan. 7. 10. Hos inter stabis ad aram, sed quo tremore & timore, amore & fervore?

Imaginatio Loci.

Sacrum celebrabis cogitans te versari in ipsa cælesti aula, coram infinita Dei Majestate, circumstantibus innumeris Angelorum & Sanctorum exercitibus Deum laudantibus, ac tantum ejus amorem & demissionem stupentibus. Aliàs sacrificabis veluti in monte Sinai cum Moyse, aut cum Abraham in monte Moria, aut in Horeb cum Elia.

CHRISTUS

CHRISTUS EUCHARISTICUS
DEUS ABSCONDITUS.

ANTE SACRVM.

Considerationes & affectus
pro VII. Hebdomadis diebus.

I. DIE DOMINICA.

De Infinitate Dei.

Magnus Dominus & laudabilis nimis & magnitudinis ejus non est finis, psal. 144. Magnus Dominus, coram quo tanquam momentum statæræ est orbis terrarum; cujus comparatione, mare, gutta, astra puncta, cœli atomi, creata omnia tanquam nihil. O Deus infinite! verè magnitudinis tuæ non est finis; quidquid enim in te reperimus, infinitum esse non ambigimus: substantiæ enim infinitæ, attributa congruunt, quæ sunt infinita; quemadmodum igni infinito calor infinitus competeret. Ac proinde veluti substantia & natura tua est infinita, sic potentia ab ea indistincta infinita est: sic sapientia est infinita, bonitas est infinita, Justitia, misericordia, pulchritudo, amabilitas

P

litas

litas, sanctitas est undequaque infinita. O quanto repleor stupore, dum isthæc meditor! Adoro te cum tremore, & exultatione cum timore, mi Deus, & cum amore gaudeo, te adeo magnum esse & incomprehensibilem cogitatu, ut vel ipsi Cherubini & Seraphini nequeant te comprehendere. O si vires meas omnes saltem impenderem in te diligendo, siquidem ad comprehendendum non sufficio!

II. Sed magis attonitus sto, dum magnum hunc Dominum, in exigua latentem hostia per fidem intueor, & in parvo orbiculo, in mica minima, totam infinitatem abscondi cerno. Quis mortalium aut Angelorum hæc capiat? *Ecce Dominus magnus, vincens scientiam nostram Job. 41. & verè lucem habitans inaccessibilem. 1. Tim. 6. Credo, Domine, quia tu dixisti. Sed simul obstupesco, & hunc amoris & humilitatis excessum infinitum non capio.*

III. Quantam igitur, o magne Deus! submissione & reverentiam, mihi vilitatis abysso ad abyssum Majestatis accedendum erit? certè infinitæ Majestati honor & reverentia deberetur infinita: ac cum hæc

facultat
quâ poss
to desid
omnia d
quidquid
sit benè
par est,
excellen
venerati
dignam.
& procu
nes te c
quàm per
tate? Rev
possum:
amo te qu
trum, q
ut par est
id ex toto
l. Ora
O Bsecr
tuo d
ne; ut si
est, ita ic
Sapier
tat Bonis
facult

facultatem meam excedat, an non summâ
 quâ possum, ad te adeundum erit? quan-
 to desiderio me ferri oportet in te super
 omnia desiderabilem, in quo infinitè est,
 quidquid possum concupiscere, ut mihi
 sit benè? quantâ charitate te complecti
 par est, propter infinitam Bonitatem &
 excellentiam tuam, omni laude, gloriâ,
 veneratione, cultu & obsequio infinitè
 dignam? quanto zelo me æstquare decet,
 & procurare pro viribus, ut mortales om-
 nes te cognoscant, ament & laudent
 quàm perfectissimè in tempore & æterni-
 tate? Revereor te, ô magne Deus! quantû
 possum: desidero te, quantum possum:
 amo te quantum possum: zelo honorem
 tuum, quantum possum: si verò id non
 par est facio, da ut faciam: ego enim
 ex toto corde desidero.

I. Oratio ad B. M. V. pro assistentia.

Oblecro te, ô gloriosa Domina, à Filio
 tuo dilecto, hunc mihi favorem ob-
 tine; ut sicut fecit tibi magna qui potens
 est, ita idem suâ Potentiâ me confortet,
 suâ Sipientiâ me illuminet, suâ me perfi-
 cat Bonitate; ut eundem Filium tuum de-

bitâ charitate in Sacramento suscipiam,
omniq; possibili devotione laudem. Qui
vivit & regnat in secula. Amen.

II. *Oratio ad SS. Angelos.*

O Sancte mi Angele Tutelaris, ceteriq;
Angeli sancti, qui statis in domo Do-
mini & in atriis Domûs Dei nostri, in
conspectu Throni & Agni, summo cum
stupore, amore & reverentiâ: Assistite mi-
hi hodie meque excitate ut simili stupore
& amore, reverentiâ & devotione ad a-
ram consistam, & divinissima hæc myste-
ria peragam.

III. *Oratio ad Sanctum hodiernum.*

O Sancte N. aspectu beatifico jam fru-
ens, Dei que Majestatem, Potentiam,
Sapientiam & Bonitatem facie ad faciem
contemplans, tuâ quæso intercessione, ita
hodie cœlestia hæc Sacramenta suscipiam
atque tractem; quemadmodum tu, si in
terras redires, eadem susciperes vel tracta-
res. Per Christum D. N. Amen.

II. *Consideratio & Affectus de
Immensitate Dei.*

FERIA II.

I. **O** Deus immense! tu es ubique &
absque

absque termino in omnem dimensionem quodammodo diffusus: tu es excelsior caelo, profundior inferno, longior terra, latior mari: tu omnem complecteris locum, omnem excedis numerum, omnem transis infinitatem: tu omnem dimensionem, omnem aeternitatem, omnem multitudinem, omnem perfectionem imaginabilem longissime superas, & in infinitum excurrens. Verè igitur, magnus es Domine & laudabilis nimis; & magnitudinis tuae non est finis! da mihi intellectum, & scrutabor mirabilia tua & magna tua.

II. Tu verò, Anima mea, aperi oculos fidei, & videbis in hoc admirabili Sacramento totam Numinis immensitatem, quam debes revereri: cernes hinc immensam Bonitatem, quam debes diligere: reperies infinitam Majestatem, quam debes adorare; supremam Sapientiam, cum qua potes conversari; divinam Omnipotentiam, cui potes confidere; immensam lætitiā in qua potes exultare. Credo Domine hæc omnia firmissimè, & adoro te, amo, ac revereor te Deus O.M. & undequaque imense.

P 3

III. O

III. O Magnitudo omnem mensuram
 excedens, cœlum terramque implens!
 quanto cum tremore & reverentiâ ad te
 adrepere par est exilem terræ vermicu-
 lum; quantâ animi demissione & devo-
 tione, quanto fervore & desiderio ad
 summam Majestatem excipendam præ-
 parare se debet vilis homuncio; pro cuius
 præparatione tota non sufficeret æterni-
 tas; quomodo ausim, Deus meus, distra-
 ctè preces fundere, oscitanter celebrare,
 peccatumve aliud committere, te per Im-
 mensitatem mihi intimè præsentem, cogi-
 tationes meas intuente, cor & renes per-
 scrutante, & expeditam habente omni-
 potentiam, quâ mox vindictam de pec-
 caris meis sumere valeas?

Accedo itaque ad te, Domine, cum ti-
 more & tremore, ex consideratione Ma-
 gnitudinis tuæ infinitæ: sed & cum amo-
 re & gaudio ex consideratione bonitatis
 immensæ: ac libens pareo, licet indignus,
 quia tu jubes & vis me ad mysteria tua ac-
 cedere. Suppleat ergo tua Majestas, quo
 caret mea vilitas: & quod mea non habet
 parvitas, tua compenset Immensitas. Amē

III, Con-

III. Consideratio & Affectus de
Immutabilitate Dei.

F E R I A III.

O Deus immutabilis! Tu initio terram
 fundasti, & opera manuum tuarum
 sunt cœli: ipsi peribunt, tu autem perman-
 nis, & omnes sicut vestimentum vetera-
 scent, & sicut opertorium mutabis eos &
 mutabuntur; tu autem idem ipse es & an-
 ni tui non deficient. Psalm. 101. Omnia
 verò creata cœlum & terra, mare & om-
 nia quæ in eis sunt, mutationibus obno-
 xia sunt: homo præsertim, qui nunquam
 in eodem statu permanet, sed omni anno,
 mense, die, horâ, momento mutatur &
 mutat, consilia, decreta, desideria, amores,
 & mores. O instabilitas mortalium! ô
 mutabilitas & vanitas rerum omnium!
 Sed tu Domine Deus meus, semper idem
 ipse es, ab æterno in æternum, immuta-
 bilis in natura; invariabilis in attributis:
 omnis cogitatio, omne consilium, om-
 nis voluntas, amor, odium, complacen-
 tia, displicentia, gaudium, felicitas, quæ
 modò in te sunt, ab æterno quoque fue-
 runt, ac in æternum erunt, absque ullâ

variatione, accessione vel imminutione.
 Quàm verè igitur per Prophetam dicitur:
Ego Dominus, & non mutor. Malach. 3.

II. Respice, Anima mea, augustissimum Sacramentum, & invenies in eo hunc Dominum Deum tuum immutabilem. Hic quemadmodum mundum & cælos creat, genus humanum deler, peccatores punit, & non mutatur: naturam humanam assumit, durissima patitur, in cruce moritur, & non mutatur: ita quoque è cælo descendit, sub speciebus panis & vini existit, ab hæreticis contemnitur, à Judæis & Gentilibus blasphematur, à fidelibus justis & injustis sumitur, non consumitur, non mutatur, sed in simplicissima identitate, & primævo statu, super omnia semper perseverat. Credo Domine & obstupesco.

III. O Numen immutabile sub sacro specierum involucro latens! quàm gaudeo de hac stabilitate tua, cui nihil addi, nihil demì potest: tu enim es unicum refugium & asylum meum, ad quod instabilis ego & omni momento variabilis homo pro firmitate & perseverantia in bono

bono recurrere valeo. Accedo igitur ad te in hostia sacrosancta absconditum, petoque suppliciter, ut instabilitatem meam stabilias, & mutabilitatem meam, quodammodo immutabilem reddas. O quoties ab Exhomologesi, aut Synaxi sacra, aut animi renovatione, meliora propono; & paulò post in vanitates & intemperantias pristinas relabor. Confirma me Domine in hac hora, in omni bono; ut nunquam deinceps instar stulti varier, aut velut luna muter; sed sicut sol in conspectu tuo absque ecclipsi constanter refulgeam, ut in gratia tua usque ad finem perseverans in perpetuas æternitates te deprecem. Amen.

IV. Consideratio & Affectus de
Æternitate Dei.

FERIA IV.

Dies mei sicut umbra declinaverunt,
& ego sicut fœnum arvi: tu autem
Domine, in æternum permanes. Psal. 107.
Es enim ipse æternitas tua, quæ est interminabilis vitæ tota simul & perfecta possessio: quis ad te non anhelet? Tu fons es omnium bonorum inexhaustus, æternùm
P 5 fluens.

fluens, & dulcedine tuâ paradifum cœlestem æternùm irrigans; quis te non desideret? Æternitas tua, est dies unus, ortum & occasum ignorans: est unum perpetuum hodie: est æternum nunc, nesciens præteritum & futurum. Ah! quis è tenebris mortalitatis hujus ad te non aspiret! Tu Labyrinthus es omnium perfectio- num, omnium gratiarum, omnium bonorum, donorum & thesaurorum; in quo humanum ingenium exitum nullum reperit. O si nos ipsos in hoc Labyrintho liceret amittere, & exitum non reperire!

II. Anime mi, jam perges ad offerendam hostiam, in qua tota hæc continetur æternitas: conficies & suscipies Sacramentum, in quo residet æterna Sapientia, æterna justitia, misericordia, bonitas, felicitas, quam in cœlo aliquando possidebimus cum æterna satietate, quiete & gaudio: quâ igitur fame & siti, quâ sanctâ impatientiâ ad Bonum hoc æternum anhelare & festinare par esset? Et nonne ad æternitatem hanc dignè suscipiendam æterna meritò requireretur præparatio ac summa perfectio? & semihorula

cula præparationis longa mihi aut nimia videretur? Assistite mihi sancti Angeli! opem ferre sancti mei Patroni, ut quod non expleo in tempore, fervore & ardore suppleam.

III. O Beata Æternitas! quanta felicitas est te in Sacramento suscipere & bonorum tuorum æternorum participatione gaudere? In hac cœlesti communionem, me amore cœlestium & æternorum succensum, fac, obsecro, hujus vitæ miserias non tantopere diligere; hoc exilium non tam ægrè deferere, sed te vitam interminatam, vitam beatam ferventius desiderare & amare: fac me clarè cognoscere, assiduè deplorare, studiosè devitare stultitiam generis humani, quæ momentanea oblectamenta, bona, regna, imperia tanti æstimat, eaque æternis, ac nunquam perituris deliciis, bonis, regnis, & imperiis cæcè anteponebat. O Deus æterne! ego tibi de tua æternitate animatus gratulor: omnia bona tua interna intimè tibi faveo, externa pro viribus procurare desidero; ut ab omnibus ameris & lauderis in perpetuum. Denique à quo æternita-

tem substantialem in refectione spirituali accipio; ab eo quoq; vitam æternam spero, juxta promissa: *Qui manducat hunc panem vivet in æternum.* Joan. 6.

V. *Consideratio & affectus de Omnipotentia Dei.*

F E R I A V.

I. **O**Mnipotens sempiternus Deus, quem admodum natura tua Divina est infinita; ita quoque potentia tua undeque infinita est: quâ potes, præter jam creata alia & alia producere sine fine: alios cælos, alios mundos, Angelos, homines perfectiores, & perfectiores in infinitum: *Subest enim tibi, cum volueris posse.* Sap. 12. Tu potes omnipotentia tuæ virtute creata omnia annihilare, reproducere, transmutare, elementa confundere, solem sistere, mari & ventis imperare, panem in corpus, vinum in sanguinem convertere, morbos curare, mortuos suscitare, atque hæc omnia potes per teipsum, sine difficultate, sine exemplari extraneo, sine materia, aut temporis morâ. O Deus! quàm mirabilis est potentia tua! demissè eam revereor & profundè adoro. Extende, quæso

quæso; in me potentem dexteram tuam, ac perfectiorem & perfectiorem indies me effice, ut tibi evadam gratior, & ad tremenda mysteria tua peragenda dignior. Transmura me in virum alium, annihilaverem hominem, & reproduc novum, impera ventis passionum mearum, ut in anima mea, præsertim divinis intenta, fiat tranquillitas magna.

II. Huic omnipotentæ tuæ, mi Deus, veluti fundamento, præcipua fidei nostræ dogmata innituntur: ut de creatione, conservatione, & gubernatione Mundi. In hac fundantur mysteria Incarnationis, Resurrectionis, visionis beatificæ, ac præcipuè Venerabilis & admirabilis Eucharistiæ, quæ stupendum est miraculorum compendium. Et licet ea intellectûs nostri tenuitas non assequatur, suppositâ tamen omnipotentia, sapientia, & verbi tui veracitate, haud gravatè assentitur. Credo itaque Domine, omnia Religionis nostræ mysteria à te nobis revelata, & per Ecclesiam tuam proposita: quia tu dignissimus es cui loquenti fides adhibeatur, & credatur quidquid de stupendis

operibus ac prodigiis tuis nobis reuelas.

III. Et quis non credat tibi, ô potentissime & veracissime Deus ! licet alta & intellectûs nostri ex gignatam superantia reveles ; si vel ea, quæ indies in cælo, & in terra operaris , admiranda expendat : quis non speret in te , si ad innumerabilia in omni vita, accepta beneficia reflectat ; quis non fidat tibi omnipotenti, promittenti, & volenti ? cûmque de tua promissione & voluntate constiterit, cui de omnipotentia ambigere licebit ? Venio itaque ad te Deum omnipotentem in Sacramento Altaris absconditum, cum leproso dicens : Matth. 8. *Domine si vis potes* : immundus sum, si vis, potes me mundare : infirmus sum, si vis, potes me sanare : tepidus sum, si vis, potes me accendere. Gaudeo quod omnipotens sis ac possis : & gaudeo quod omnipotentia tua constituta sit in manibus benevolæ tuæ voluntatis : quidquid ab hac processerit, bonum erit atque utile mihi, tibi verò gloriosum. Amen.

*VI. Consideratio & Affectus
de Sapientia Dei.*

FERIA VI.

I. **D**omine Deus meus, tu omnia nosti: tu Sapientiâ tuâ infinitâ cognoscis & comprehendis teipsum, Personas divinas, & perfectiones tuas infinitas: quorum cognitio infinitam intellectûs tui capacitatem satiat, infinito te gaudio replet, teq; te beatum reddit. Hic quoq; Sapientiâ tuâ cognoscis omnes Angelos & Homines, illorum numerum, cogitationes, affectus, desideria, gaudia, locutiones, propensiones, potentias, scientias, artes, gratiam & gloriam. Eâdem Sapientiâ cognoscis omnia viventia, & non viventia, omnia animantia & vegetabilia, quadrupedes, volucres, pisces, plantas, flores, herbas, eorûque numerum, virtutes, operationes & proprietates, quæ mortaliû nemo assequitur. Atque hæc omnia nosti per teipsum, sine specie, vel imagine, sine magistro aut consiliario, sine libro, idæâ vel exemplari, quibus non indiges; divina enim essentia tua est loco horum omnium. Verè, Domine, Sapientiæ tuæ non est numerus.

II.

II. Summa verò hæc & incomprehensibilis Sapientia tua, mi Deus, cum omnibus scientiarum thesauris ad me rudem & ignarum venire dignatur, panis & vini speciebus velata; ut animæ meæ tenebras dissipes, ignorantiamque meam cognitionis tuæ radiis illustres. Ego enim (libens cum Salomone fateor) *stultissimus sum virorum, non didici sapientiam & non novi scientiam sanctorum.* Proverb. 30. Et cum Socrate, hoc unum sciome nihil scire. Hinc Sapientiam tuam tantopere desidero, illam æstimo, illam præpono regnis & sedibus, & divitias nihil esse duco in comparatione illius. Veni Domine, & doce me cognoscere & facere voluntatem tuam: doce me, nosse & scire te: *nosse enim te, consummata iustitia est, & scire iustitiam & virtutem tuam, radix est immortalitatis.* Sap. 15. 3.

III. Da mihi, Domine, sedium tuarum assistricem sapientiam, mitte illam de cælis Sanctis tuis, & a sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit & mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te, Domine Deus. Da ut nunquam ad hoc legam verbum

ut doctior & sapientior videar hominibus, sed ut gloriam tuam, & salutem meam, aliorumq; promoveam. Doce me terrena despiciere, presentia fastidire, æterna quærere, æterna sapere, honores fugere, scandala sufferre, omnem spem in te ponere, nihil extra te cupere, & super omnia ardentè te amare. *Thom. Kemp.*

VII. *Consideratio & Affectus*

de Bonitate Dei.

SABBATHO.

Ego ostendam tibi omne bonum, aiebas olim Moyfi, Deus optime, maxime, omne scilicet bonum naturale, morale, & communicativum. In primis reperi in te *omne bonum naturale*: nihil enim tibi deest ad perfectionem naturalem pertinens: quidquid bonitatis dispersum est in Angelis, Hominibus, ceterisq; creatis, hoc omne est in te perfectissimè & eminentissimè collectum. O stultitiam mortalium! qui umbram sectantur, solem relinquunt; particulam ambiunt, totum negligunt; guttulam captant, mare bonitatis infinitum prætereunt. Doleo me aliquando fuisse de eorum numero: confirmet

met me Domine, vis admiranda efficacissimi Sacramenti, ut in posterum nunquam eò stultitiæ prolabar.

II. Tu quoque, mi Deus, es *omne bonum morale*, quod est iustitia & sanctitas; tu enim iustus es in omnibus viis tuis, & sanctus in omnibus operibus tuis: radix, origo, exemplar, finis, regula & lex aeterna omnis iustitiæ & sanctitatis. Sancti tui habent aliquam à te sanctitatem, sed non omnem: alius enim iustitiam, alius prudentiam, alius fortitudinem, alius temperantiam, humilitatem aut charitatem. Tu verò, ô Deus! es omne bonum, omne iustum, omne perfectum & sanctum. Quanti igitur te æstimare, quantum diligere te debeo? si æstimo & amo ob fidem eximiam Petrum Apostolum, ob charitatem ardentem Paulum, Brunonem ob silentium & solitudinem, Franciscum ob humilitatem & paupertatem, Ignatium & Xaverium propter obedientiam & animarum zelum: quâ æstimatione, quâ dilectione te complectar ô omne bonum meum! diligo te Domine, sed dum accedo ad te, hoc epulo sacro ita amorem ex-

cita

ita, ut in verbis non sistam, sed reipsâ iustitiam, perfectionem & sanctitatem conlecter: sic enim jubes: *Sancti eritis quoniam ego sanctus sum.* Levit. 11.

III. Es etiam, ô Deus, *omne bonum communicativum*, & diffusivum sui, imò ipsa benignitas & beneficentia: veluti vas superplenum se continere nequit, quin effluat: sic tu, optime Deus, omnibus bonis redundans, & infinitam propensionem habens te bonaque tua communicandi, continere te nequis, quin ea liberalissimè profundas. Ex hoc infinito Bonitatis Oceano profluunt in primis velut quatuor Paradisi flumina, quatuor gradus boni naturalis. 1. Esse corporeum in cœlis, stellis, elementis, lapidibus & mixtis. 2. Vita vegetativa in arboribus, floribus & herbis. 3. Vita sensitiva in animantibus, volucris & piscibus. 4. Vita spiritualis in Angelis & Homnibus. Profluunt deinde quatuor alii excellentiores communicandi modi: nam prioribus non contenta fuit divina tua Bonitas, sed alios atque alios excogitavit: nimirum I. Gratiam supernaturalem, quæ
nos

nos divinæ reddit naturæ confortes. 2. Gloriam cœlestem, quâ similes ei reddimur. 3. Personam Filii Dei naturæ humanæ communicatam, quâ fratres ejus efficimur. 4. Divinitatem & Humanitatem Christi communicatam in sanctissimo altaris Sacramento, quâ intimè ei jungimur. O quas gratias referam Bono infinito, tot, tamque mirabilibus modis se nobis communicanti? quàm æquum est, ut ex toto corde, ex tota animâ, atque ex omnibus viribus te diligam: ut totum id, quod à tua Bonitate accepi, in eadem sine fine diligenda occupetur? O Anima mea! Ecce, ego ostendam tibi omne bonum, in sacra scilicet Hostia absconditum: ibi est omne bonum naturale, morale & communicativum: quanta tua est felicitas! si illud dignè suscipias! quomodo non evades ex mala tota bona, justa, perfecta, sancta? accede, anhela, festina, totum pande sinum cordis, & accipies. Amen.

SUB SACRIFICIO.

Considerationes varias, præparatoriis considerationibus & affectibus variis accommodata, totóque Sacrificii tempore

I. Com.

I. Compare jam veluti formica quædam aut vermiculus coram Numinis Supremi immensitate. Et toto Sacrificii tempore, te usque in abyssum deprime.

II. Jam velut spongia parvula in vastissimo Immensitatis & Ubiquitatis mari immersa, interiùs Deo plena, exteriùs eodem quasi circumfusa; memoriâ præsentis Divinæ, ad omnem attentionem & devotionem te excita.

III. Jam veluti folium à vento minimo agitabile, seu homo omni momento variabilis & penitus instabilis coram Deo immutabili compare, & constantiam in bono exposce.

IV. Jam velut Hemerocallis, flos unius diei, coram interminabili æternitate te sitis gratiamq; roga tam sanctè in hac brevi peregrinatione vivendi, ut optares in æternitate.

V. Jam velut infans unius diei, debilis, infirmus, pedibusque vix valens insistere, coram omnipotentia assiste, & divini auxilii robur ad omne bonum flagita.

VI. Jam tanquam rudis & ignarus ad Sapientiam infinitam accede, ac lumen

lumen & sapientiam cœlestem postula.

VII. Aliàs denique velut mendicus quispiam, aut ipsa potius indigentia, imperfectio, injustitia, aut malitia, coram exhausta Dei Bonitate, Opulencia, Perfectione, Justitia ac Beneficentia versare, rogans ut omnibus bonis cœlestibus affatim diteris.

POST SACRIFICIUM.

Gratiarum actio & affectus.

I. Ad Infinitatem Dei.

DIE DOMINICO.

I. **G**Ratias ago immortales, Deus magne & infinite, quòd Majestas tua immensa me terræ vermiculum, ex ineffabili charitate, visitare dignata sit: utinam dignationem tantam dignis affectibus, Charitatem tantam summè perfectis, gratiisque obsequiis compensare valerem: cum verò id vires meas superet, defectum meum Bonitas tua suppleat.

Credo in te, Domine, quia tu es *suprema Veritas* :

Spero in te, Domine, quia tu es *suprema Fidelitas* :

Diligo te, Domine, quia tu es *suprema Bonitas* :

Adoro

Adoro te, Domine, quia tu es suprema Majestas:

Benedico te, Domine, quia tu es summa Liberalitas:

Resigno me tibi, Domine, quia tu es suprema Æquitas:

Miserere mei, Domine, quia tu es summa Benignitas:

II. Amo te, Deus meus, ex toto corde meo, & ex tota fortitudine mea: exultatio in te, ac stupore plenus in laudes tuæ infinitæ Divinitatis mihi intimè præsentis erumpo. Quia tu es summa essentia & summa vita: summa ratio & summa salus: Ah vivifica & salva me. Laudo te, revereor te, concupisco te, quia tu es summa justitia, summa sapientia, summa magnitudo, summa pulchritudo. Ah! trahere me post te. Glorifico te, suspiro te, & conjungo me tibi, quia tu es summa immortalitas, summa incorruptibilitas, summa æternitas, summa potestas, summa unitas, summa & incomprehensa Majestas, summa & infinita Bonitas. Ah! horum omnium me imaginem tuam quodammodo participem redde.

III. Gau-

III. Gaudeo, mi Deus, de infinita magnitudine & perfectione tua. Gratulor tibi de omnibus bonis tuis, & attributis infinitis. Æstimo te, & omnibus mundi, cœliq; thesauris ac deliciis infinitè te præfero. Vilescunt mihi comparatione tua omnia transitoria; omnis mundi gloria, omnis voluptas & opulencia, non est, nisi somnium, umbra, nihil, respectu gaudii, gloriæ & opum, quæ in te possideo. Desidero omnes corporis animæque vires, ac facultates meas ad gloriam tuam propagandam impendere. Opto animitus omnes fideles & infideles, iusti & peccatores, æternitatis tuæ immensitatem cognoscant, & infinitudinem Majestatis tuæ adorent. Cupio medullitus, ut mundus universus Potentiam, Sapientiam, Bonitatem, Dominatum, Justitiam, Misericordiam; Providentiam & Gloriam tuam timeat, amet, colat, laudet & benedicat in omne ævum. Amen.

Hymnus.

BEati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. *psal. 86.* dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus

us Dominus Deus, omnipotens, qui
 rat, qui est, & qui venturus est.

Benedicta sit sancta & individua Tri-
 nitas, unus Deus: & laudabilis & glorio-
 sus & superexaltatus in secula.

Benedictus sit Pater in sua Potentia; &
 laudabilis & gloriosus & superexaltatus
 in secula.

Benedictus sit Filius in sua Sapientia;
 & laudabilis & gloriosus & superexalta-
 tus in secula.

Benedictus sit Spiritus Sanctus in sua
 bonitate; & laudabilis & gloriosus &
 superexaltatus in secula.

Benedictus sit Deus in Donis suis, &
 sanctus in omnibus operibus suis; & lau-
 dabilis & gloriosus & superexaltatus in
 secula.

Benedictus sit Deus in cælo & inter-
 ra, in Angelis & Hominibus: atque in
 omnibus Beatis ac Sanctis Paradisi; &
 laudabilis & gloriosus & superexaltatus
 in secula.

Benedictus Deus in Sanctissimo Altaris
 Sacramento, in omnibus mundi templis
 Altaris; & laudabilis & gloriosus & super-
 exaltatus in secula.

Q

Con-

Confitemini Domino, quoniam in se-
culum misericordia ejus; & laudabilis &
gloriosus & superexaltatus in secula.

Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto,
&c.

II. Affectus ad Immensitatem Dei.

FERIA II.

I. **O** Deus immense! qui per immensi-
tatem tuam es in omnibus creatis;
sed nunc peculiari ratione es intra me in
augustissimo Sacramento; quâ felicitate
me beas? quo thesauro me ditas? ô ulti-
mum Bonum meum! ô summum Bonum
meum! ô adæquatum Bonum meum! quas
gratias agam? quæ dona pro tanta digna-
tione & beneficentia rependam? suscipe
quidquid sum & valeo, O Divina Immen-
sitas, tu in me manes & ego in te: sum e-
nim in te velut in sede, fundo ac basi me
capiente, sustentante, conservante, & uni-
dique ambiente: quàm securus vivere va-
leo! Ego sum in te velut pupilla in oculo,
aut velut infans in matris utero, cui illa est
domus, lectica, murus, alimentum & om-
nia: quàm lætus & quietus esse debeo!
Tu enim, mi Deus, es domus mea, in
qua

qua vivo, operor, semper commoror, &
nunquam exire valeo: tu es lectus meus
in quo requiesco, extra quem requiem
nullam invenio: tu es lectica mea, quâ
gestor, quocunque mihi est eundum:
tu es murus meus semper me circumdans
& protegens, sine quo securitatem non
habeo. Laudetur sine fine tua erga me
pius quàm paterna & materna Providen-
tia. O Deus magnè & mirabilis, concede
mihi, ut nunquam te offendam & ingra-
tum me exhibeam; sed semper gestem te
intra te per cognitionem, & amorem,
agnoscens bonum, quo me afficis, & a-
mens ob amorem quo me prosequeris.
Intra tuam bonitatem, transforma me
in te: vivo intra tuam charitatem, eâ-
dem me inflamma: intra omnipotentiam
tuam ambulo, illâ me, quæso, adjuva:
siquidem totus sum intra te, transfor-
ma me totum in te, ut non amplius mihi,
sed tibi totus vivam in æternum.

II. Incomprehensibilis Immensitas
tuæ mei! ego non solùm existo in te, &
ambulo in tua immensitate, uti pisciculus
in immenso mari; verùm etiam tu in me

Q 2

exi-

existis, ceu conditor & conservator; nunc autem per sacram Synaxin singulari ratione es in me, velut Sol in cœlo, ut me illumines; velut oculus in capite, ut me dirigas; velut cor in pectore, ut me vegetes; velut gemma in annulo, ut me exornes; velut Rex in throno, ut me gubernes; velut Paterfamilias in domo, ut mihi provideas. O quàm gaudeo, quòd tantum thesaurum habeam intra me! quàm exulto, quòd habeam in me Patrem, Filium & Spiritum sanctum, cum corpore & anima mei Salvatoris, omnibusque divitiis ejus, quas in me propensissimâ voluntate cupit effundere! Fac me, obsecro, idoneum ad excipiendum, & statim implebitur splendoribus anima mea, totaque illuminabitur, ut cognoscat te; dirigetur ut non erret à te; vegetabitur, ut crescat in te; exornabitur, ut delectet te; gubernabitur, ut serviat tibi; providebitur, ut ei desit nihil.

III. O Deus magne, non magnitudine molis, quæ competit corporibus, sed magnitudine virtutis, quæ omnes excedit spiritus / exsere in me immensam virtu-

tem tuam & miserere mei : miser sum,
 sed habeo intra me immensum Bonum,
 quod me beare potest, & in ærore abster-
 so, & omnibus bonis cœlestibus satiare:
 ah! reple me ! in tenebris versor ; sed ha-
 beo intra me infinitam lucem, quæ me co-
 piofissimè valet illustrare. Ah ! tenebras
 meas discute ! frigore & languore torpeo,
 sed intra me vivit ignis infinitus & ardor
 immensus, qui me beatissimè valet accen-
 dere : ô flagrem penitus ! tristitiâ obruor,
 sed in me latet gaudium verum , & pela-
 gus lætitiæ immensum, in quod aliquan-
 do totus intrabo : ô quàm id desidero !
 Denique paupertate premor ; sed regnum
 Dei est intra me ; id est omnis boni, omnis
 pulchri, omnis delectabilis , & desidera-
 bilis plenitudo , parata se in me transfun-
 dere, & sui participem reddere, ô fiat !
 fiat !

III. *Affectus ad Immutabilitatem Dei.*

FERIA III.

O Deus immutabilis ! apud te non
 est transmutatio, nec vicissitudi-
 nis obumbratio ; quia semper idem ipse es
 & permanes , & anni tui non deficient.

Q 3

Apud

Apud te rerum omnium instabilium stant
causæ; & rerum omnium mutabilium im-
mutabiles manent origines. Tu immuta-
bilis es, mutans omnia; nunquam novus,
nunquam vetus, innovans omnia: sem-
per agens, semper quietus, movens & te-
gens universa. *S. August.* At ego è contra,
quàm instabilis & variabilis sum; omni
vento & aurâ inconstantior? quare accu-
ro ad te, arctissimè circumplector te, ut
à te sustentem & fulciam. O æterna Immu-
tabilitas! ah! firma me in te, move me ad
te, innova me, & rege me per te, ut in
omni bono stabilis & immutabilis con-
sistam.

II. O Domine jam habeo te mihi inti-
mè præsentem, qui es firmamentum me-
um & refugium meum: jam possideo te,
qui es totum & omne bonum meum: gau-
deo te tibi ipsi infinitè sufficientem esse,
atque ex omnibus creatis Angelis & Ho-
minibus internè nihil tibi advenire; om-
nibus demptis, nihil decedere; imò mi-
nùs, quàm si totius mundi Monarchæ ru-
sticana periret casula. Da mihi, obsecro,
ut nulli innitar creato, neque eo obtento,
exul.

exultem, neque amisso contrister; verbo,
nulli adhæream & insistam nisi tibi: qui
enim adhæret labili, cadet cum labili, qui
adhæret tibi firmabitur in ævum.

III. Quare ô primæva & increata Dei
Immutabilitas! omnis stabilitatis & im-
mutabilitatis origo & causa: da ut ad te
ascendam; tibi inhiem, tibi affigat; ut
semper solidus & firmus consistam. Da
ut transcendam maris hujus fluctus, &
mundi turbines transvolem; nihil me mo-
veant illecebrosæ voluptates, opes, digni-
tates, honores, quæ in momento transi-
eant. Non me terreat, pauperies, mor-
bi, æumnæ, persecutiones, quæ in morte
siniuntur. Da ut in cælo semper habitem,
in te vivam, in te commorer; ut ibi fixus,
imperturbatusque conquiescam. Ibi su-
pra omnium mutabilium sphaeras, supra
toni, solisque vias elevatus, ex alto despi-
ciam hoc terræ punctum, & vana homi-
num studia, vanos labores, amores, hono-
res quasi puerorum crepundia, videam &
rideam. O fiat! fiat! *Lessius.*

Q4

IV. Affe-

IV. *Affectus ad Aeternitatem Dei.*

FERIA IV.

I. **O** Deus abscondite ! Deus æterne ! qui modò ad me pauperculum & brevis ævi mortalem te demittere dignatus es ; unde mihi tanta dignatio ? Tu es æternum bonum meum, æternum principium, & finis æternus ; principium sine principio, & finis sine fine : quanto igitur amore & æstimatione dignus es ? Si enim bonum diuturnius, magis est amabile, & bonum centum annorum, unius horæ bono est præferendum ; quantopere te amare & æstimare debeo, ô æternum bonum meum ? Æstimo te infinitè pluris, quàm creata omnia, quæ, tui intuitu, minùs quàm stipula aut festuca sunt reputanda. Amo te, Deus meus, atq; omnium Hominum & Angelorum amorem complecti desidero : unicè que doleo, vel momentum vitæ meæ sine dilectione tui effluxisse.

II. Quidquid in te est, Deus immortalis, prorsus æternum est. *Æterna est vita tua: Vivo ego in æternum, dicit ipse, Deut. 22. Dabit & ego per te in æternum vivam;*

&

& nunquam morte culpæ & pœnæ mor-
tiar.

Regnum tuum est æternum : nam *re-
gni tui non erit finis*. Lucæ I. O adve-
niet, mediante hoc sacro epulo, in me
regnum tuum : exulet verò regnum mun-
di, regnum carnis & diaboli in æternum.

Omnipotentia tua est æterna : nam *Po-
testas tua usque in æternum*. Dan. 6. Ah!
protege me, defende me, conserva me,
guberna me, ac tandem salva me, & sal-
vus ero in æternum.

Sapientia tua & Bonitas tua est æterna:
nam *Sapientia tue non est numerus, &
Bonitatis infinitus est thesaurus*: Tutis
& vis ad salutem & perfectionis apicem
me deducere : rege ergo me, & deduc me
in semitis mandatorum tuorum; & in viis
iustitiæ sic curram, ut comprehendam.

Iustitia tua æterna est : nam *Iustitia
tua iustitia in æternum*. Psal. 142. *manens
in seculum seculi*. Psalm. III. Non intres
in iudicium cum servo tuo, quando etiam
iustitias meas iudicabis.

Misericordia tua est æterna : *Quoniam
in æternum misericordia ejus*. Psal. 135.

Q s

Ah!

Ah! miserere mei semper & parce; præfer-
tim, cum veneris iudicare, noli me con-
demnare. *Ego enim sicut oliva fructifera
in Domo Dei, speravi in misericordia Dei
in æternum & in seculum seculi.* Psal. 92.

Denique, mi Deus, Pulchritudo tua,
Liberalitas tua, Sanctitas, Amabilitas,
Perfectio & omnia quæ in te sunt, æterna
sunt: nam; *Priusquam montes fierent, aut
formaretur terra & orbis, à seculo & usque
in seculum tu es Deus.* Psal. 89. 2. Recrea
me, satia me, dita me, & perficeme, ut
unicè tibi placeam, & perfectiones ac mi-
sericordias tuas in æternum decantem.

III. O divina Æternitas! tu semper
menti meæ obverseris: tu semper altè cor-
di meo infixæ hæreas: tu omnium actio-
num mearum sis regula: tu omnia terrena
mihi in contemptum vertas: tu sis mihi
in omni afflictione solatium; in omni tenta-
tione præsidium; in omni prosperitate
monitorium & frænum: tu sis scopus a-
moris mei, toto vitæ hujus fugacis tem-
pore. O quàm doleo! quod tam serò te
cognovetim, tam serò te amaverim, ô
beata Æternitas! ô quàm doleo tot vitæ
meæ

meæ horas, dies, menses, annos absque
 tui amore esse elapsos. Tu ab æterno ama-
 sti me; ego non redamavi, sed offendi te.
 Ah! da mihi saltem, ô Increata Æternitas!
 ut quod reliquum est vitæ meæ brevis, &
 instar puncti evanescit, id totum in amo-
 re tui impendam. Da ut modò incipiam
 clarius cognoscere, ferventiùs amare, &
 laudare te in tempore, quo, illud postea
 perfectiùs continuem in æternitate. Amē.

V. Affectus ad Omnipotentiam Dei.

FERIA V.

I. Fides.

O Potentissime Deus! Pater, Fili, &
 Spiritus sancte, qui me hominem
 fragilem invisere, & intimè mihi appro-
 pinquare in Sacramento dignatus es: ex-
 cita me, roborame, ut in affectus præsen-
 tiæ tuæ non indignos prorumpam. Credo
 incomprehensibile in Deitate unitatis &
 Trinitatis sanctissimæ mysterium. Credo
 in te Deum Patrem omnipotentem; & in
 Jesum Christum Filium tuum omni-
 potentem; & in Spiritum sanctum pariter
 omnipotentem. Credo omnia admiran-
 da & prorsus stupenda opera, quæ omni-
 potentia

Q 6

potentia tua tam in veteri, quàm in nova
Lege patravit, indiésque patrat, præle-
tim in hoc ineffabili fidei mysterio, & in-
explicabilis amoris Sacramento. O si Gen-
tiles, Judæi & Hæretici omnes idem vi-
vacissimè mecum crederent!

II. *Spes.*

IN hac Omnipotentia tua, mi Deus, om-
nem spem meam & fiduciam singularem
repono: cum enim tu omnia possis, nihil-
que tibi sit impossibile: spero omnipoten-
tiam tuam in omnibus necessitatibus me-
is certò mihi adfuturam. Confido Ean-
dem, mihi peccatorum remissionem, pec-
narum indulgentiam, amorem tui eximi-
um, gratiam efficacem, perseverantiam
finale, omnia que media ad salutem æ-
ternam necessaria aut opportuna, libera-
liter concessuram. Hâc omnipotentia fret-
tus, si consurgant adversum me castra non
timebit cor meum; & si insurgat in me
prælium, in hoc ego sperabo: hostiumque
visibilium & invisibilium cuneos pene-
trabo securus: *quoniam tu es protector
meus & liberator meus: adjutor meus &
redemptor meus: illuminatio mea & salus
mea, quem timebo?*

III. Hæ-

III. *Humilitas.*

Cum verò Apostolus tuus monuerit:
Humiliamini sub potenti manu Dei,
ut exaltet vos in tempore visitationis. I.
 Petri 5. Ego terræ vermiculus, coram te
 Deo omnipotente, animam meam humi-
 lio, totusque ante thronum Majestatis tuæ
 prostratus ac pavimento adhærens te ad-
 oro, meq; & omnia mea tibi submitto. Ag-
 nosco infirmitatem, & fragilitatem meã
 omnimodam, nihil sine te valentem: re-
 vereor potestatem tuam summo jure de
 me pro arbitrio disponentem: ecce in ma-
 nibus tuis, tempora mea & omnia alia.

IV. *Timor.*

Tremo etiam coram te, potentissime
 Deus, atque expavescō, dum stupen-
 da opera tua considero, quæ usque modò
 operaris in cœlo & in terra: præsertim in
 sacrosancta Eucharistia: ad quam corde
 immundo accedere, aut sine debita præ-
 paratione appropinquare, quis mortaliũ
 non perhorrescat? Non timeo, nec tam
 terreor ab his, qui solum corpus occidunt,
 & post hæc non habent amplius, quod
 faciant: sed valde, instar filii reverentissimi

& amantissimi, timeo te, Deus omnipotens, qui postquam occideris, potestatem habes corpus & animam mittendi in gehennam; & in ipso peccati momento cum fulmine & tonitru, sicut Luciferum, deturbandi in infernum; ita ut nemo ququam de manu tua possit eruere. Quàm terribilia sunt opera tua Domine!

V. Charitas.

Sed & quàm amabilia! exstimulat enim me ad amandum, quoque te, omnipotentia tua, quæ creavit me, conservavit me, dotavit & ditavit me omnibus bonis & donis tuis. Si igitur in Parentes & Benefactores tanto feror amore; in te Creatorem meum & Benefactorem summum quanto amore rapiar? si auxiliares & adjuutores diligo: te non complectar arctius, à quo in omnibus cogitationibus, verbis & actionibus jutor & dependeo plus quàm umbra à corpore? O Deus omnipotens diligo te super omnia, & milles amplius diligere te desidero: sed cum sine te, nihil possim facere, tua me juvet omnipotentia, ut tenerrimè amem te hinc, & ibi in Patria in sempiterna secula. Amè.

VI. Aff.

VI. *Affectus ad Sapientiam Dei.*

FERIA VI.

I. **O** *Altitudo divitiarum Sapientia
& Scientia Dei! quàm incompre-
hensibilia sunt iudicia eius, & investiga-
biles via eius!* Rom. II. Ita attonitus
miratur Apostolus, in tertiam cœlum ra-
pius: & quomodo non caligabunt ad tan-
tam Sapientiæ lucem, oculi tenebris assue-
ti homuncionis? Videmus tamen non-
nulla veluti per speculum in ænigmate, &
per ea quæ condita sunt, ad Conditoris
notitiam ascendimus. Quantopere enim
ô sublimissima Dei Sapientia effulges in
rebus creatis & operibus naturalibus, quæ
omnia in numero, pondere & mensura
disponis; omnesque illorum partes, officia,
inclinationes, perfectiones, & facul-
tates ordinas; totumque universum stu-
pendâ ad eò Harmoniâ & concordî dis-
cordiâ sapientissimè distribuis, temperas
& gubernas. Dispone, obsecro, res ani-
mæ meæ; ideo enim ad me venire digna-
tus es: auge in ea numerum bonorum o-
perum, pondus ferventium affectionum,
&

& mensuram tuarum gratiarum: mihiq;
concede mensuram confertam, coagua-
tam & supereffluentem, hinc gratiæ, ibi glo-
riæ, ut in æternum, cum amoris pondere,
sine numero, & sine mensura te diligam.

II. O Altissima Dei Sapiencia! quam
deinde admirabiles sunt aduentiones
tuæ in operibus supernaturalibus gratiæ;
in Redemptione, Incarnatione, aliisq; in-
numeris ac præsertim in Sanctissimo Eu-
charistiæ Sacramento, quod inuenisti, ut
Electos tuos, à peccatis vitiisque eruas, &
ad culmen virtutum promoveas. O infi-
nita Sapiencia! tu nosti mille vias & mo-
dos ut fines tuos assequaris, ad me eripien-
dum à malis, & ad ditandum bonis gratiæ
& gloriæ, quæ mihi desideras. Eripe me de
laqueo venantium, de potestate tenebra-
rum, è vinculis peccatorum & passionum
mearum; ego enim omnem fiduciam in te
colloco, sicut in his, ita & in omnibus aliis,
etiam quæ aliàs desperata videntur: ubi
enim ego nullum remedium inuenio, Sa-
piencia tua reperit innumera. Concede
mihi, ut inueniam modos amore tui me
mortificandi, virtutes statui meo tam sub-
limi

tibi conformes exercendi; ipsamq; perfectionis præcellæ metam attingendi. Amē.

III. O Deus magne consilio, & incomprehensibilis cogitatu! quis cognoscet occulta Sapientiæ tuæ, nisi tu ei manifestaveris? Quàm mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & supra me elevata, & non potero ad eam ascendere: ecce enim, Domine, tu omnia nosti, quæ in me latent: tu dinumerasti non tantum omnes gressus meos, & capitis mei capillos; verum etiam omnes annos, dies, horas & momenta vitæ meæ: tu dinumerasti omnes imaginationes & cogitationes, omnes locutiones & actiones, omnia desideria, proposita, consilia, studia, opera bona, mala, adiphora, præterita, præsentia & futura. Ac proinde metuo & erubesco, Domine, ob commissa tot per culpam meam mala: lætor & gaudeo ob tot per gratiam tuam peracta bona. O si notum mihi faceres finem meum, mihi incognitum, tibi perspectum, ut ferventiùs tibi servirem; & tempus breve quod reliquum est, fructuosius impenderem! Quàm cautè mihi deinceps ambulandum est coram Sapientia tua;

tua;

tua, omnia spectante & sciente! Quam sollicitè observandi oculi illi, qui lucidiores super solem, considerant omnes vias hominum!

O Inscrutabilis Dei mei Sapiencia! dum te considero, ac summam ignorantiam meam tecum compono: confundor, deprimor & submitto me, cum Vate Regio dicens; *Vt jumentum factus sum apud te.* Psal. 72. Et cum Jeremia protestans: *A. a Domine Deus nescio loqui, quia puer ego sum.* c. 1. Sed da mihi intellectum & scrutabor mirabilia tua: da mihi lumen, ut videam, & cognoscam te, sicut & cognitus sum. Da mihi Sapienciæ tuæ radium, ut noverim me, noverim te; oderim me, diligam te; ut terrena cuncta fastidiam & cœlestia sola desiderem.

O Fons Sapienciæ, Verbum Dei in excelsis! Si artes raras & industrias, si inventiones & scientias diligo; quanto magis omnis artis, Sapienciæ & scientiæ fontem inexhaustum diligere debeo? Si libenter colloquor & conversor cum viris ingenio & omni doctrinâ præstantibus; quanto libentius cum omnis ingenii & doctrinæ

Lar-

largitore; cuius verba corda accendunt, & illuminant, mihi colloquendū & conuersandum erit? O amabilissima Numinis Sapientia, gaudeo, quod infinitè sis major, quàm vel Seraphini vel Cherubini comprehendere valeant. Hoc unum obsecro, per amorem illū infinitum, quo ad me indignum venisti, da ut defectum cognitionis, amoris excessu suppleam: ex toto corde te diligam; tibi fidelissimè seruiam, & ad clarā tuam visionem indefinenter suspirem. Amen

VII. Affectus ad Bonitatem Dei.

SABBATHO.

QUÀM dives jam es, Anima mea; habes enim & possides, unum, verum & summum Bonum; imò solum & omne Bonum: quàm igitur felix, quàm beata es! gaude, exulta, jubila, tantūque Bonum, quàm quæ decet, ratione tracta. O Deus meus! tu es *omne Bonum naturale*, omne perfectum, cui nihil deest, quod naturæ diuinae perfectio exigit: tu enim es infinita & perfecta pulchritudo, dulcedo, lætitia, opulencia, gloria, Majestas: tu es infinita, & omni ex parte perfecta, Potentia, Sapientia & Bonitas. Atque hæ perfectiones omnes jam sese mihi infuderunt: quantopere

igitur gaudere & exultare, iisque frui de-
 beo? Si enim creata pulchritudo, dulcedo,
 gloria, quæ umbra tantum est, ita cor me-
 um trahit; quantopere infinitæ bonitatis,
 pulchritudinis, ac dulcedinis abyssus me
 rapiet? O stultitia cordis mei! qui bonita-
 tis guttam, in homine, nummo, aliâve re
 creatâ plus amavi, quàm immensum om-
 nis bonitatis oceanum. Amo nunc, te De-
 us meus, super omnia, & si fieri posset,
 perfectissimo, imò infinito amore te com-
 plecti desidero.

II. Præterea tu, mi Deus, es quoque
omne Bonum morale, id est, omnis iustitia,
 puritas, sanctitas. Unde ergo hoc mihi, ut
 ad me peccatorem immundum descen-
 das? nisi ut me puritatis & sanctitatis tuæ
 participem efficias. O Sanctitas & puri-
 tas substantialis! quæ peccatum velut uni-
 cè tibi contrarium, odio infinito prose-
 queris, pœnâ infinitâ plectis, bono infini-
 to privas: da ut illud velut capitalem ho-
 stem tuum summè semper oderim; ne tibi
 in æternum displiceam. O Radix omnis
 perfectionis, omnes imperfectiones meas
 erade! O exemplar omnis virtutis, da ut
 ad

ad te semper respiciam. O Regula omnis
 puritatis, da ut ad te semper dirigar! O
 Lex æterna sanctitatis, da ut tibi in om-
 nibus conformer! O Finis omnis justitiæ,
 da ut ad te in omnibus tendam, tibi con-
 ingar, tuique particeps evadam: sicut e-
 nim rebus terrenis mixtus, & luto creatu-
 rum junctus coinquinor, ita tibi, rebûsq;
 celestibus conjunctus, purificor & san-
 ctificor. Tu es Dominus virtutum, virtu-
 tes omnes cum excellentia infinita possi-
 dens: ah! miserere mei, qui tot annorum
 spatio, quo tibi servio, nec unicam perfe-
 ctè assecutus sum. O Infinita Justitia, me
 injustum justitiâ imbue! O infinita Pru-
 dentia, me imprudentem illumina! O in-
 finita Temperantia, me intemperantem
 tui participem redde! O infinita Fortitu-
 do, me debilem corrobora! O infinita
 Charitas, Misericordia, Mansuetudo, Cle-
 mentia, Liberalitas, omnibus hisce virtu-
 tum ornamentis me condecora, ut singu-
 larem in me complacentiam semper re-
 perias.

III. Denique, Deus Optime, Maxime,
 tu es *omne Bonum communicativum*, &
 diffu-

diffusivum tui. Ipsa Beneficentia, quæ re-
 bus omnibus perfectiones convenientes
 adeò profusè communicas. Mihi in pri-
 mis servorum tuorum minimo, & minimè
 merito, quàm largam liberalemque te ex-
 hibes? tua enim Benignitas non contenta
 fuit largiendo mihi cum elementis esse,
 cum plantis vivere, cum animantibus sen-
 tire, cum Angelis intelligere; sed insuper
 adjecit dona supernaturalis gratiæ, & suo
 tempore, ut spero concedet præmia glo-
 riæ; in quorum pignus modò tribuisti Pa-
 nem Angelorum. O quid reddam Bene-
 ficentiæ tantæ? quas grates tantæ Libera-
 litati referam? Ecce Domine, cum nihil
 nobiliùs, nihil præstantiùs reperiam; quod
 rependam, quàm cordis mei amorem; di-
 ligam te, ô Bonitas! ex toto corde meo;
 ob naturam corpoream, quam mihi de-
 disti: diligam te ex tota anima mea, ob
 donatam mihi vitam, quâ per illam fruor:
 diligam te ex omnibus viribus meis, ob
 communicatos mihi sensus & potentias,
 quibus utor: diligam te ex tota mente
 mea ob inditum mihi spiritum & intel-
 lectum, quo te cognosco: diligam te de-
 nique

que extota fortitudine mea, ob præsti-
 ta mihi dona gratiæ, & futura præmia glo-
 riæ; ob unionem hypostaticam cum Hu-
 manitate, ob communicationem Divini-
 tatis & Humanitatis sub specierum sacra-
 rum velamine. O Virtus Corporis &
 Sanguinis Domini operare hæc in me!
 O efficacia Divinitatis in Sacramento la-
 tentis, perfice me, ut perfecti timè diligam
 te: *Non enim contingit aliquem perfici,
 perfectione hierarchicâ, nisi per Divinis-
 simam Eucharistiam.* S. Dionys. de cœ-
 lest. Hier. c. 3.

Monitum I.

*Ne verò ingratum te pro tanto Com-
 munionis sacra beneficio exhibeas, pro quo
 tanta aternitate sufficientes gratias referre
 nequis, beneficii hujus magnitudinem sæ-
 pius per diem in memoriam revoca; jam
 gratias age Deo Patri, quod Filium suum
 unigenitum tibi concesserit: jam Filio,
 quod te visitare dignatus sit: jam Spiritui
 Sancto, quod donis suis te repleverit. Toto
 reliquo die animum non nimium ad exte-
 riora effunde, sed subinde recollige: ocu-
 los custodi, qui Christum speciebus sacra-*

men-

mentalibus tectum conspexerunt; manus
qua elevarunt; linguam qua velut patena
sacra eum sustinuit, os quod eum sumpsit,
cor quod suscepit. Atq; hac denuo bona
erit ad insequentem Communionem pra-
paratio.

Monitum II.

Optimum verò erit, si sequens adjun-
xeris & observaveris septenarium. 1. Om-
ne peccatum etiam minimum deliberatè
& voluntarium cave. 2. Memoriam à
creaturis abstrahere; de necessariis congruo
loco & tempore cum spiritus libertate co-
gita. 3. Sensus à vanitate & curiositate
custodi. 4. Corpus in simplicitate, sobrie-
tate, & castitate conserva. 5. Noxias fa-
miliaritates, adhesiones ad loca, officia
aliave abjice. 6. Super operata tua, ne la-
baris, sollicitè advigila. 7. Peccatis odio
verissimè habitis, sensibus cohibitis, affecti-
bus domitis, virtutes universas sectare, &
ad intimam cum Deo familiaritatem, &
charitatis unionem aspira. Hac facta
vives; maximòque fructu ac gustu Sacra-
mentum indies frequentabis.

APPEN-

APPENDIX

Pro Festis B. MARIÆ Virginis;

ANTE SACRVM.

Oblatio Cordis.

O Augustissima cœlorum Regina! intendendo dilectissimum Filium tuum Jesum Christum corde & ore suscipere: sed tuam cor mundum, cor seraphico & mariano flagrans amore possiderem; quam tu libens Regi cordium in hospitium tributum consecrarem? cum verò cor meum vitiorum & imperfectionum sordibus contaminatum sit, patere ô Regi cordium! ut illud precibus ac meritis tuis prius emaculandum offeram, quo ad Filium tuum purissimum suscipiendum, offerendum dignius efficiatur.

I. Offero igitur tibi ô *Regina Virgini* cor meum impurum, variisque peccatorum maculis sordidum: humillimèq; deprecor, ut veram mihi impetres cor puritatem, atque ita cor meum mundum, cordique tuo mundissimo contactum, velut Lectulum floridum, Regi cordium offerre digneris.

R

II. O

II. *O Regina Martyrum*, offero tibi cor meum immortificatum, passionibus suis ac sensualitatibus subiectum; & eniè obsecro, ut verum mortificationis spiritum mihi obtineas; atque ita cor meum mortificatum, cum omnium Martyrum cordibus, Jesu Christi cordi summè mortificato, velut castrum inexpugnabile offerre digneris.

III. *O Regina Confessorum*! offero tibi cor meum, vanitate & superbiâ tumidum; ac instantissimè rogo, ut veram humilitatem mihi exores; atq; ita cor meum humiliatum, cum omnium Confessorum humiliatorum cordibus, humillimo Jesu cordi, veluti præsepium parvum offerre digneris.

IV. *O Regina Patriarcharum*! offero tibi cor meum obtenebratum & obscuratum, demississimèq; te precor, ut fidem vivam mihi impetres, & cor meum illuminatum cum Patriarcharum fide illuminatorum cordibus, illuminatissimo Jesu cordi, velut cælum illustre adornare digneris.

V. *O Regina Prophetarum*! offero tibi cor meum desideriiis mundanis immer-

lum, intiméque te obsecro, ut certam æternorum spem mihi obtineas, atq; ita cor meum cum Prophetarum cordibus spe bonorum cœlestium elevatis, cordi Christi erectissimo, velut hospitium gratum consecrare digneris.

VI. *O Regina Apostolorum!* Offero tibi cor meum, terrenorum amore infectum, suppliciterque te deprecor, ut perfectam Dei ac proximi charitatem mihi inchores: atq; ita cor meum, unâ cum Apostolorum cordibus divino amore inflammatis, ardentissimo Christi Cordi, velut templum inauratum dedicare digneris.

VII. *O Regina Angelorum!* Offero tibi cor meum, multis occupatum, variisq; distractum; & ferventissimè supplico, ut mihi cor liberum, cor expeditum, cor Christianum impetres, atq; ita cor meum cordibus Angelorum unitis ac recollectis in hominum ministerio occupatis, pererrimo ac perfectissimo Jesu cordi velut hortum conclusum aperire digneris.

O Regina Universi! hæ sunt gratiæ, quas à tua Majestate supplex postulo: accipe hocce cor meum, illudq; lava, munda

da, sanctifica purissimo Filii tui sanguine,
ut omnino mundatum, sanctum, ac Deli-
catum Redemptori meo, Filio tuo pre-
sentari & acceptari, pasci & satiari, amari
& possideri æternum mereatur. Amen.

S U B S A C R O.

I. Sub Kyrie, *imitare ferventissima Be-
atissima Virginis desideria, ante Verbi
incarnationem elicit.*

II. Sub Gloriâ, *lauda, benedic & ado-
ra Christum natum exemplo D. Virginis
in stabulo Bethlehemitico aut Nazare-
thana Domo.*

III. Sub Epistola & Evangelio, *excipe
verba Christi, & conserva in corde tuo
more B. Virginis.*

IV. Sub Credo: *exerce actus fidei, ad
imitationem B. Virginis cui dictum est
Beata que credidisti.*

V. Sub Canone: *elice ferventes actus
compassionis & resignationis, doloris &
amoris, exemplo B. V. stantis sub cruce.*

VI. Sub Communione, *eâ devotione
ac animi teneritudine uni te Christo, quâ
Beatissima Virgo aut Verbum illapsum
suscepit.*

ascipiens, aut è manu S. Joannis Evangeliste communionem recipiens: ejusque exemplo gratias cordiales age.

VII. Sub Benedictione, cogita quo affectu & solatio Deipara Virgo, à Filio suo ad coelos ascendente, ultimam in monte benedictionem exceperit. Eodemque affectu & effectu opta eam populo impertiri.

POST SACRUM.

Psalterium Decachordum Laudis & Latitiae, seu Canticum Magnificae à B.V. decantatum, à Sacerdote post Celebrationem similibus affectibus expressum.

O Virgo Beatissima! quemadmodum tu Verbi Incarnati visceribus tuis inclusi inspiratione ad Deum magnificandum & in eo lætandum es excitata, & in decem titulos eum laudandi ex spiritu erupisti: ita & me ad eundem Dominum magnificandum, atque in eo gaudendum intercessionem tuam potenti adjuvare dignare.

O Verbum Incarnatum! nunc quoque in amabili Sacramento visceribus meis inclusum, obsecro te, per benedictam Matrem tuam, excita me, ut ejus exemplo,

R 3

anima

anima mea te dignè magnificet, & spiritus meus cum gaudio in te exultet.

I. *Magnificat anima mea Dominum.*

Anima mea altè & magnificè de Deo sentit, omni laude majorem esse agnoscit, pro viribus tamen laudat Dominum, ejusque bonitatem, misericordiam, sapientiam, charitatem, rationemque ejus dominandi præstantissimam, quantum potest extollit.

II. *Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.*

O Salvator mihi intimè præsens! non solum cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum; sed & exultavit spiritus meus, in te Deo salutari meo: gaudium enim meum non in corporeis sed spiritualibus; non in donis tuis, sed in donorum Largitore, non in creatis, sed in Creatore & multò magis in Jesu Salvatore meo totum colloco, ac de infinitis ejus perfectionibus exulto.

III. *Quia respexit humilitatem ancille sue, ejusque parvitatem & vilitatem non despexit. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, sive præsentēs, sive*

live futuræ. Anima mea exultabit in Domino, & delectabitur super salutari suo: *psal. 34.* quia humilia respicit in cœlo & in terra, suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem, ut collocet eum cum Principibus populi sui, respexit humilitatem & indignitatem animæ meæ, ancillæ suæ, pro ea redimenda ad tanta agenda & patienda se demittens, & proprio eam corpore ac sanguine pascens. Ecce enim ex hoc tempore, ex hoc beneficio & honore, ex hoc certo æternæ felicitatis pignore, beatam meritò me dicent omnes generationes.

IV. *Quia fecit mihi magna qui potens est & sanctum nomen ejus*

Magni Filii magnam Matrem efficiens Maternitatem cum Virginitate conjungens, aliaque mirabilia in me operans, ac dona cœlestia copiosè profundens. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Jesu meo: verè enim & mihi fecit magna qui potens est & sanctum nomen ejus, nam è faucibus Interni me eruit, & è peccatorum fordibus me extraxit: tot beneficiis & gratiæ donis me cumu-

R 4

lavit

lavit, fide illustravit, charitate accendit, & populo cœlesti toties me pavit: ad sacerdotium regale, aliósq; per Sacramenta sanctificandos me evexit: Laudabo igitur eum qui potens est & sanctum nomen ejus, cum quatuor Sanctis Animalibus concinens: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, qui est, & qui venturus est. *Apoc. 4. 8.*

V. Et Misericordia ejus à progenie in progenies, timentibus eum.

Meritò ampliùs magnificat anima mea te Domine, & spiritus meus in te Deo saluari meo exultat: quia misericordia tua non mihi tantùm exhibita est, verùm etiam tot Electorum millibus, ex omnibus tribubus, populis & linguis, omnibusque nationibus, quæ sub cœlo sunt, quibus exortus Sol justitiæ lucis fidei & gratiæ radios diffundit, diffundetq; usque ad consummationem seculi, à progenie in progenies, obsequentibus & timentibus eum.

VI. Fecit potentiam in brachio suo.

Virtutem suam ostendendo, non solum in mundi creatione, gubernatione, prodigiosa populi Israëliti ex Ægypto educatione

atione, ceterorumq; Legis veteris prodigiorum patratiōe; verūm etiā in stupenda ac recente Verbi Divini Incarnatione.

Arripe anima mea & hunc, Deum magnificandi titulum : exulta in spiritu, & delectare in Deo salutari tuo; quia fecit potentiam in brachio suo, non solum in prædictis magnalibus; verūm etiam in institutione summè stupendi Eucharistiæ Sacramenti, quo hodie refecta & recreata es: Quare Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto ejus: nam *disperfit superbos mente cordis sui*: Omnipotentiam suam non solum in misericordiæ operibus, sed etiam in iustitiæ severitate manifestans, superbos castigans, eorumque machinationes dissipans & disperdens.

VII. *Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles.*

Magnificat anima mea Dominum, & exultat spiritus meus in Deo salutari suo: quia deposuit potentes de sede, præcipitavit Luciferum, Pharaonem, Nabuchodonosorem, aliosq; superbos, potentes, nobiles humilians : humilem verò Virgi-

R 5 nem

nem, humiles Patriarchas, Prophetas, & apostolos aliosque Sanctos exaltans.

VIII. *Esurientes implevit bonis, spiritualibus, cœlestibus, æternis: Divites verò terræ filios, dimisit inanes.* Ideoq; lauda Deum tuum, & exulta anima mea in Jesu Salvatore tuo, qui & te coronat in misericordia & miserationibus, ac replet in bonis desiderium tuum: seipsum tibi esurienti in epulum præbens: Hæreticos verò impiosque opinione suâ divites & escam hanc cœlestem nauseantes dimittens inanes.

IX. *Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordie sue.*

Magnificat quoque anima mea te Domine, & exultat spiritus meus in te Deo salutari meo ob curam & providentiam tuam paternam, erga nos, quos sicut Israel puerum tuum semel in filios suscepisti, ipsemet ad nos juvandos accurrens per Incarnationem, prædicationem & Sacramenta. Et licet nostri interdum oblivisci videaris, maturè tamen memores nostri, & recordatus misericordie tue medelam adhibes.

X. *Sicut*

X. *Sicut locutus est ad Patres nostros,
Abraham & semini ejus in secula.*

Deniq; magnificat anima mea te Do-
mine, & exultat spiritus meus in salutari
tuo, quia summè fidelis es in omnibus,
quæ Abraham, David, aliisque Patriar-
chis & Majoribus nostris promissisti, &
insigni opere Incarnationis adimplevisti.
Eris quoque porrò fidelis in omnibus iis,
quæ Apostolis patribus nostris sponendi-
sti; nec eorum Filiis ac posteris usque ad
finem mundi deeris. Ideoq; sit

Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto,
sicut erat in principio, & nunc & semper,
& in secula seculorum. Amen.

P R A X I S

Devotè audiendi Sacrum.

I. *Templum ingressus, & aquâ lustra-
tus, aspersus, actuq; contritionis elicito, mox
in his genibus Christum Dominum in Sa-
cramento venerabili absconditum adora,
cum viva fide ac pietate dicens: Adoro
te devotè latens Deitas, quæ sub his figu-
ris verè latitas. &c.*

R 6

II. *Toto*

II. Toto tempore Sacri modestam corporis compositionem, cum interna, externaque reverentia præfer cogitans te versari in præsentia Dei & innumerabilium Angelorum Regem suum, Aulicorum instar stipantium.

III. Forma intentionem cum Sacerdote sacrificaturo; juxta formam quadruplicis Sacrificii, quam habes supra pag. 159. vel brevius, ut sequitur.

Intentio.

O Sacrosancta Trinitas! offero tibi hoc sacrificium ad omnes illas intentiones, quas Filius tuus Jesus Christus sacrificium instituens sibi præfixit; ad omnes quoque intentiones unquam à sanctis Sacerdotibus, piisque hominibus sibi præfixas. In primis verò offero tibi, ô Deus! hoc sacrificium velut laudeticum, ad laudem & gloriam tuam tanquam supremo vitæ & mortis Domino. 2. Offero quoque illud in Sacrificium Eucharisticum & gratiarum actionem pro omnibus beneficiis mihi ac toti Ecclesiæ militanti & triumphanti unquam concessis aut concedendis. 3. Offero etiam idem in sacrificium propri-

propitiatorium pro omnibus meis ac totius mundi peccatis. 4. Denique offero id ipsum in sacrificium impetratorium, ut mihi, meis, aliisque indigentibus, tam vivis quam defunctis, omnia ad salutem æternam necessaria & utilia largiaris. Suscipe illud obsecro in odorem suavitatis. Amen.

IV Varias Sacrum audiendi praxes, ex supradictis variis celebrandi modis facile confeceris.

Praxis I. audiendi Sacrum.

*R*eflecte animum ad præcipua fidei nostræ mysteria in Missæ sacrificio representata: v. g. sub Introitu & Kyrie captivitatem Patrum in limbo misericordiam Dei & adventum Messie desiderantium. Sub Gloria in excelsis Nativitatem Christi; sub Evangelio prædicationem; sub Elevatione crucifixionem, sub Communionem sepulturam; sub Benedictione ultimam ascensionem in cælum: simulq; convenientes dictis mysteriis affectus excita.

Praxis II.

*A*ltera praxis est, ut non tantum ad fidei nostræ mysteria & ceremonias; ve-

R 7

rùm

rūm etiam ad verba aut sensum verborum à Sacerdote prolatorum attendas, congruosq; fidei, spei, charitatis, humilitatis, adorationis gratiarum adionis affectus elicias.

Praxis III.

SI varietate delecteris: tempore Adventūs age cum Christo Domino tempore Sacri tanquam cum Fratre, & affectus fidei, adorationis, humilitatis desiderii, & amicitie exerce. ut supra pag. 178. & seqq. notatos invenies.

Praxis IV.

TEmpore Nativitatis, conversare cum Christo vel cœlesti Magistro, rogaq; illum ut humilitatem paupertatem, mundi contemptum, incommodorum amorem, ceterarumq; virtutum perfectionem te doceat. Vide pag. 202.

Praxis V.

TEmpore quadragesimæ festina ad Christum, velut ager ad medicum omnipotentem, atq; utere orationibus de 7. Sanguinis Christi profusionibus, quas reperis pag. 222. exercendo fidem, quod possit, spem, quia promisit, & vult, te sanare.

Praxis

Praxis VI.

Tempore Paschali, accede ad Sacrum, tanquam famulus obsequia sua delaturus Regi gloria. Vide supra considerationes & affectus pag. 253. & seqq.

Praxis VII.

Tempore Pentecostes velut frigidus ad Ignem infinitum appropinqua, petens misericordiam peccatorum tuorum consumat, frigidum velut ferrum igneum reddat. Considerationes & affectus usupra notatos supra pag. 283. & seqq.

Praxis VIII.

Post festum SS. Trinitatis, accurre ad Christum Dominum absconditum, genens te velut cæcus, in presentia Regis, quem licet non videat, tamen reveretur & honorat. Expende attributa divina. pag. 333. & seqq.

V. Post Sanctus, commenda Christo Domino in sacratissima eius Vulnera sequen-

Memento Vivorum.

O Amantissime Jesu! in vulnus sacratissimum dexteræ manûs tuæ commendo tibi, Pontificem, Cardinales, Archiepiscos-

Episcopos, Episcopos, Pastores, Sacerdotes, omnesque Ecclesiasticos & Religiosos. In Vulnus sinistrae manus tuae, commendo tibi Imperatorem nostrum, Reges & Principes Christianos. In vulnus dexteri Pedis tui commendo tibi Parentes, Fratres, Sorores, Cognatos, Amicos, & Benefactores meos. In vulnus sinistri Pedis commendo tibi Ethnicos, Haereticos & Peccatores. In Vulnus sacratissimi Lateralis tui, commendo tibi ô Jesu! corpus & animam meam vivens & moriens: ac per acerbissimum dolorem & sanguinem pretiosum horum quinque vulnorum te oro atque obtestor suppliciter, ut mihi praedictisque omnibus gratiam copiosam, charitatem perfectam, de hostibus visibilibus & invisibilibus victoriam, & felicitatem aeternam largiri digneris. Amen.

VI. *Ad Elevationem sacrae Hostiae ter pectus tundens, ora.*

O Jesu dilectissime! per gloriosum corpus tuum miserere mei & pasce me: per sacratissimam animam tuam miserere mei & sanctifica me: per sanctissimam Divinitatem tuam miserere mei & salva me.

subjunge. Ave

Ave verum corpus natum,
De Maria Virgine,
Verè passum immolatum,
In cruce pro homine,
Cujus latus perforatum,
Undâ fluxit & sanguine,
Esto nobis prægustatum,
In mortis examine.

O Jesu! ô pie,
Fili Mariæ, Misereere nobis.

Ad Elevationem Calicis sacri, ter pe-
lus tundens ora.

O Jesu amantissime! per pretiosissimum
Sanguinem tuum, miserere mei & la-
ra me; per sacrosancta vulnera tua mise-
reere mei, & sana me: per dolorosissimam
mortem tuam, miserere mei & vivifica me
Subnecte.

Salve nobilis & pretiose Sanguis, de
vulneribus Domini mei Jesu Christi pro-
fluens; & peccata totius mundi abluens;
abluere, sanctifica & custodi animam me-
am in vitam æternam. Amen.

VII. *Memento Defunctorum.*

Præter animas Parentum, Fratrum,
Sarorum, Amicorum, Benefactorum, alio-
rumve

*rumve tibi specialiter commendatorum,
Domino Jesu Christo, in Vulnera quinque
sacratissima commenda sequentes Defun-
ctorum animas.*

O Jesu mitissime ! In vulnus sacrosan-
ctum dexteræ manûs tuæ commendo
tibi animas Fidelium Defunctorum libe-
rationi proximas, ut quod illis deest hujus
Sacrificii virtute, & mēitis tuis infiniti
valoris suppleas, easq; ad amabilissimum
cōspectum tuum protinus admittas.

II. In Vulnus manûs sinistrae, commendo
tibi animas, suffragiis vivorum maximè
destitutas, ut hujus Sacrificii efficaciam &
misericordiæ tuæ abundantiam expertæ,
beatitudine æternâ citiùs donentur.

III. In Vulnus Pedis dexteri commendo
tibi animas, divitiùs purgatorii pœnis cru-
ciatas, ut abbreviatis doloribus ad æterna
gaudia citiùs evolent.

IV. In Vulnus Pe-
dis sinistrae commendo tibi animas, quæ in
vita Jesum & Mariam ferventiùs dilexe-
runt, ut citiùs liberatæ, amorem inchoa-
tum in via, consumment in patria.

V. In
Vulnus denique sacratissimi Lateris cui
commendo tibi animas illustriorem san-
ctitatis

titatis gradum adeptas, magisque te in
celo laudaturas, ut Sanctorum & Ange-
lorum Choris insertæ citius cum iisdem te
glorificent, ac benedicant in secula:
Amen.

VIII. Praxis Communionis spiritualis.

1. Ad Agnus Dei, illud cum Sacerdote
tra ter pectus tunde, & contritionem de
peccatis cordis, oris, operis elice.

2. Feruens Christum Dominum in Sac-
ramento suscipiendi desiderium excita;
licens: Desidero te millies, Mi Jesu
quando venies? me lætum quando facies,
me de te quando faties?

3. Ad Domine non sum dignus, Ag-
nosce indignitatem tuam. 1. Ob sum-
mam & infinitam Dei Majestatem. 2.
Ob maximam tuam vilitatem. 3. Ob in-
numeram peccatorum tuorum multitu-
dinem. Eamq; trinâ pectoris transione pro-
ferre.

4. Sacerdote Hostiam sacram sumen-
te, desiderium Christum Dominum su-
mendi, teq; ei intimè uniendi renova, &
corde ferventi suspira:

Credo

Credo in te, ô Suprema Veritas!
 Spero in te, ô æterna Felicitas!
 Amo te, ô infinita Bonitas!
 Reverëor te, ô altissima Potestas!
 Adoro te, ô immensa Majestas!
 Gratias ago, ô summa Liberalitas.

Subjunge Oratiunculam S. Ignatio olim familiarem: Anima Christi sanctifica me. &c.

IX. Sub Benedictione Sacerdotis, velut à Christo in cœlum conscendente reverenter Benedictionem accipe. Ex sub Evangelio S. Joannis pro Beneficio Incarnationis gratias age, cor tuum ad Christum excipiendum offer, lumen à Luce Mundi ad tenebras tuas dissipandas pete, rediturum suo tempore Judicem time, & gloriam eius quasi Unigeniti à Patre, te aliquando visurum spera.

DE VISITATIONE Venerabilis Sacramenti.

I. Laudabilissima consuetudo Venerabile Sacramentum subinde interdum visitandi, præclarum est inter alia medium, magnam cum Deo familiaritatem consequenti

quod; ut experti D. Thomas Aquinas,
S. Franciscus Xaverius, S. Franciscus
Borgia, B. Aloysius aliique Sancti quam
clarissimi.

II. Sunt quoque huiusmodi visitationes
& officiosae salutationes, contestationes ho-
noris & amoris erga Christum Regem a-
mabilissimum & liberalissimum: amantes
enim libenter sunt simul, libenter invicem
alloquuntur, seseque mutuò visitant. Un-
de si Christum ames, eum quandoque per
diem visita, alloquere, saluta, obsequia of-
fer, necessitates propone, gratiam posce, pro
beneficiis gratias age, praesertim commu-
nionem postrema, & pro proximè sequente
dignius adeundam auxilium exora. Toto
die Rex tuus & amicus integerrimus te
expectat, humaniterque invitatur: Venite
ad me omnes qui laboratis & onerati estis,
& ego reficiam vos. Matth. 11. Tuque ve-
nire recuses? quanta inurbanitas?

III. Proinde si opportunitas ferat, tem-
plum adi; si occasio desit, vultum & cor
ad SS. Eucharistiam dirige, & sequentes
salutationes incerta diei tempora divide.

SEPTEM

I.

SAlve infinitè millies, ô Salvator miCrucifixe Jesu Christe! Tu es verus ille Samaritanus [*Luca 10.*] & expertissimus animarum Medicus; miserere mei: ecce enim anima mea infirma & variis morbis obnoxia est: præbe ei ex salutari sacrorum quinque vulnerum tuorum apotheca, efficacem rosei sanguinis tui medicinam, ut sanitati restitatur, & ad vitam convalescat æternam. Amen. Pater noster.

II.

SAlve infinitè millies, ô Salvator miCrucifixe Jesu Christe! Tu es Magister bonus [*Joann. 13.*] & Doctor omnis veritatis; miserere mei, ecce enim anima mea rudis est, & scientiæ sanctorum ignara: suscipe illam in sacram quinque vulnerum tuorum scholam, ut in ea studeat, & humilitatem, patientiam, obedientiam, pietatem & charitatem à te ibidem addiscat. Amen. Pater noster.

III. Sal-

III.

Salve infinitè millies, ô Salvator mi Crucifixe Jesu Christe ! Tu es facundus ille advocatus [*Joan. 2.*] & mediator apud Patrem cœlestem ; miserere mei : ecce enim anima mea coram ipso legitimè accusata est : exhibe ad defensionem ejus, irrefragabiles sacrorum quinque Vulnerum tuorum probationes, ut sententiam benignam obtineat. Amen. Pater noster.

IV.

Salve infinitè millies, ô Salvator mi Crucifixe Jesu Christe ! Tu es communis Redemptor universi generis humani (*1. Cor. 1.*) Miserere mei : ecce enim anima mea degit sub vilissima mundi, carnis, & Diaboli servitute : redime eam paratâ sacrorum quinque vulnerum tuorum munerâ, ut ad optatam Filiorum Dei adoptivorum libertatem pervenire valeat. Amen. Pater noster.

V.

Salve infinitè millies, ô Salvator mi Crucifixe Jesu Christe ; tu es generosus ille Heros & Bellidux (*Isaia 55.*) Ecclesiæ militantis ; miserere mei : ecce enim ani-

ma

ma mea vexillo quidem tuo se subdidit;
sed prorsus inermis & malè munita est:
muni eam, obsecro, victoriosis sacrorum
quinque vulnerum tuorum armis; ut vi-
riliter certet, & gloriæ æternæ coronam
reportet. Amen. Pater noster.

VI.

Salve infinitè millies ! ô Salvator mi
Crucifixe Jesu Christe ! Tu es candidus
& rubicundus, electus ex millibus anima-
rum piarum Sponsus (*Matth. 25.*) mi-
serere mei: ecce enim anima mea tibi pla-
cere intimè desiderat; at ornatu & decore
caret; orna igitur illam pretiosissimis sa-
crorum quinque vulnerum tuorum cime-
liis, & ut sic exornata tecum in sempiternū
desponsari mereatur. Amen. Pater noster.

VII.

Salve infinitè millies ô Salvator mi Cru-
cifixe Jesu Christe ! Tu es Pastor bonus
(*Joann. 10*) qui animam suam posuit pro
ovibus suis; miserere mei: ecce enim ani-
ma mea velut ovicula errabunda fame
perit: dignare eam in saluberrima sacro-
rum quinque vulnerum tuorum pascua
reducere; ut benè refecta, nunquam am-
plius

his in hoc mundi deserto deficiat. A-
men. Pater noster.

SEPTEM SALUTATIONES

Filiales B. V. MARIÆ

*Tanquam Matris pulchra dilectionis
Singulis Christi Salvationibus subjungende.*

I.

Ave infinitè millies, ô Mater Gratiaë !
amore te complector tam cordiali, ac
Joannes Filius tuus adoptivus te com-
plexus est, cum à Magistro suo Crucifixo
vidit *Ecce Mater tua*, & ille te ex ea ho-
suscepit in sua. Permite, ô Mater sa-
ntissima ! ut ego quoque te, & tu vicif-
sim me suscipias, quo ego tuus, & tu mea
ex hoc, nunc & usque in seculum. A-
men. Ave Maria.

II.

Ave infinitè millies, ô Mater gratiaë !
amore te prosequor adèdè filiali, ac Sta-
tislaus servus tuus devotissimus te profe-
ctus est; cum ejus ardens amore pectus
anteolis madidis refrigerari debuit, dum
Matrem suam tenerâ devotione com-
morus nominavit. Nosti Domina, quòd
Pater meus & Mater mea dereliquerunt

S

me;

me ; quare ô Mater dilectissima ! assume
me, ac permitte, ut ego sim Filius tuus, &
tu Mater mea, ex hoc nunc & usque in
seculum. Amen. Ave Maria.

III.

Salve infinitè millies, ô Mater gratiæ!
amore feror in te, adeò sincero, atque
Alphonsus famulus tuus fidelissimus in te
latus est, dum exclamavit : ô Maria ! ego
te plus diligo, quàm tu me. Ah ! Mater
amabilissima ! ini mecum simile certamen
amoris : ut ego deinceps sim tuus, & tu
mea, ex hoc nunc & usque in seculum,
Amen. Ave Maria.

IV.

Salve infinitè millies, ô Mater gratiæ !
tam suavi teneroque amoris tui languo
atque mellifluus Encomiastes tuus Ber-
nardus, quando tam devotè te salutavit,
ut tu vicissim eum salutare, & lacte vir-
gineo refocillare dignata sis. Ah ! Mater
melliflua & asylum meum in omnibus, quo
ego tuus sim, & tu solatium meum per-
maneas, ex hoc nunc & usque in seculum,
Amen. Ave Maria.

V. Salve

V.

Salve infinitè millies, ô Mater gratiæ !
 amore in te rapior tam ferventi, atque
 Carolus Brigittæ familiaris tuæ Filius in
 te raptus fuit: dum omnia mundi tormen-
 ta subire maluit, quàm permettere ut ho-
 nori tuo vel minimum decederet. Ah Ma-
 ter pretiosissima ! non absimili amoris tui
 celo corripior : honori tuo bona, sangui-
 nem, vitam, corpus, & omnia consecro.
 Tu es mea, & ego sum tuus, ex hoc nunc
 & usque in seculum. Amen. Ave Maria.

VI.

Salve infinitè millies, ô Mater gratiæ !
 tam ardente tui amore flagro, atq; per-
 lectus famulus tuus Arnulphus, cum om-
 nium Cœlitum aspectus ei non saperet,
 nisi & gloriam tuam videret. Ah ! suavissi-
 ma Mater, quid est in cœlo aut in terrâ,
 post Filium tuum, quod exhilarare me va-
 leat, nisi tu sola ? Tuus sum ego, & mea
 es tu, ô dulcis Mater ! ex hoc nunc & us-
 que in seculum. Amen. Ave Maria.

VII.

Salve infinitè millies, o Mater gratiæ !
 amore te complector tam constanti, ac
 Bergmannus juvenis angelicus te com-
 plexus

S 2

plexus est, dum te Matrem suam, vel in ipso mortis agone cecinit. Ah Mater dilectissima; ego ad ultimum usque halitum te diligam. Supremum verbum meum, sit sanctum nomen tuum, in hoc tui amore, dulci fruar sopore: sic tu dilecta mihi, & ego dilectus tibi, ero & eris in seculum. Amen. Ave Maria.

Praxis II. visitandi Venerabile
Tempore Adventus

Rumina illustriora beneficia, qualia sunt. 1. Aeterna Dei dilectio & predestinatio. 2. Creatio. 3. Conservatio. 4. Redemptio. 5. Justificatio. 6. Vocatio ad statum. 7. Glorificatio. Laudes & gratiarum actiones subijunge.

Praxis III.

Tempore Nativitatis Domini.

Expende septem Christi Domini visitationes: quarum 1. facta in Incarnatione, 2. In Visitatione S. Elisabethae, 3. In Nativitate. 4. In Purificatione. 5. In fuga in Aegyptum. 6. In variâ predicatione. 7. In descensu ad Limbum. Exerce virtutes Theologicas, & beneficia in his

præstita visitationibus, tibi quoque confer-
ri in tuis visitationibus roga. Ut supra

Praxis IV.

Tempore Septuagesimæ.

I. VENIO ad te in Templum, Rex su-
preme, cum Virgine Matre primo-
genitum suum sistente & offerente: & li-
bertatem meam, velut primogenitam, ad
omne beneplacitum tuum sisto & offero,
suscipe eam in odorem suavitatis & gratiã
tuã perface.

II. Curro ad te, Magister optime, ve-
luti Magdalena, ut sedens ad pedes tuos,
audiam quid loquatur in me Dominus:
loquere, ergo, Domine, quia audit servus
tuus: Domine quid me vis facere?

III. Festino ad te, cœlestis Medice,
velut alter Paralyticus, qui sine ope gratiæ
tuæ, nec manum nec pedem meritorie
movere valeo: Domine si vis potes me
sanare.

IV. Accedo ad te, divine Archiater,
tanquam Centurio Evangelicus, & cum
profunda reverentia ac humilitate adoro
te, & demissè obsecro, ut animam meam

tot febribus, quot concupiscentiis aestu-
antem refrigeres: tantum die verbo, & sa-
nabitur anima mea.

V. Recurro ad te, Omnipotens Thau-
maturge, quemadmodum Cæcus ille E-
vangelicus & cum fiducia clamo: Jesu
Præceptor miserere mei: nec aliud requi-
ro, nisi ut videam mundi vanitatem, vitæ
brevitatem, gloriæ & pœnæ æternitatem,
propriam vilitatem, tuam sublimitatem.
O noverim me, noverim te!

VI. Appropinquo ad te, ô Doctor Jus-
titia! sicut Legisperitus ille, ut viam Dei
in veritate me doceas, & viam veram ad
vitam æternam commonstres. Quid fa-
ciendo vitam æternam possidebo? Di-
liges.

VII. Confugio ad te, ô Afflictorum
solatium, & desolatorum asylum! & cum
Cananæa clamo: Jesu Fili David miserere
mei! peto que velut catellus micæ, quæ ca-
dunt de mensa Dominorum, reliquias sci-
licet devotionis, quas veri filii & devoti
famuli tui in usu venerabilis Sacramenti
degustant. O gustem & videam!

Praxis

Praxis V.

*Tempore Quadragesimæ.**Vni esse quænt 7. profusiones sanguinis Christi. vide pag. 222.*

SEPTEM PETITIONES

Orationis Dominicæ.

Domine Jesu & in cœlis fulgens in gloria, & hîc in Sacramento latens velut in umbra, ut nostri debilitati consulas. Agnosco, immunditiam & peccatorum meorum multitudinem & erubescorotus. Sed tu es *Sanctificator meus*, qui me, totumque mundum in momento sanctificare vales: ah! sanctifica, secundum sanctam voluntatem tuam me & omnes mundi incolas: ut à Solis ortu usque ad occasum sanctificetur laudabile nomen tuum.

II. Tu es *Rex Regum* potentissimus: excinde igitur in me, meis, totoque mundo regnum carnis & diaboli, tanque latè patentem, ac maximæ orbis parti dominantem tyrannidem opprime. O adveniat Regnum tuum, suavissimum ac sanctissimum, ut velut Rex unicus & supremus ab omnibus, ut par est colaris, amèris & adorèris.

S 4

III. Tu

III. Tu es *Dominus Dominantium*, absolute & independens omnium Monarcha, mi Jesu, absolutissimum in omnes & proprietatis & jurisdictionis habens Dominium. O fiat, abnegatâ nostrâ, voluntas tua sicut in cœlis ita & in terris, in me, de me, per me, per omnia & in omnibus.

IV. Tu es *Provisor universalis omnium*, mi Jesu, & pastor bonus, tu es Pastor animarum nostrarum, pascere eas verbo vitæ, & Sacramentorum virtute: pascere corpora ut sint gloriæ tuæ instrumenta: Panem nostrum quotidianum & supersubstantialem da nobis hodie.

V. Tu es *Redemptor noster* & venia Largitor. Ecce quot miliones horrendorum scelerum à Fidelibus & Infidelibus audacter & protervè patrantur. O parce Bonitas! ignosce, miserere; quia nesciunt quid faciunt: & dimitte nobis debita nostra, & fac ut ea lacrymis amarissimis eluamus.

VI. Tu es *Protektor noster* mi Jesu: ecce enim innumerabilibus hostium turmis circumcingimur, adeò tamen fragiles, ut minimo tentationis vento, velut folia, commoveamur. Sed unde veniet auxili-

mi-nifi
protect
tion-
VII.
ad quer
nos eri
libera n
malu su
liber
terribil

Reco
tiones

Chr
ans, ac
Solem
II.
rigidu
III.
Naarm
IV.
um, s
abstergo

sihisi à te? assiste itaque gratiâ tuâ, & protectione defende ut nunquam tentationi succumbamus.

VII. Tu es denique *Liberator* - *ster*, ad quem confugimus, ut à malis omnibus nos eripias. Et quidem in vita præsentè, libera nos à malo culpæ lethalis, quod malû super omne malum est: in alterâ ve-
rò libera nos à malo pœnæ æternæ, quod terribilium omnium terribilissimum est.

Praxis VI.

Tempore Paschali.

Recole septem Christi Domini apparitiones indicatas supra.

Praxis VII.

Tempore Pentecostes,

Christum Dominum in Templo visitans, accede ad illum jam I. tanquam ad Solem, radiisq; ejus te expone, ut illustreris

II. *Alias adi tanquam ad ignem, ut frigidum cor tuum incalescat.*

III. *Tanquam ad Jordanem, ut cum Naamo, laveris & munderis.*

IV. *Tanquam ad Speculum Virtutum, ut defectuum maculas cognoscas & abstergas.*

S 5

V.

V. *Tanquam ad Fontem Aquae vivae, ne sitim cupiditatum restinguas.*

VI. *Tanquam ad Arborem vitae, ut vitam spirituales conserves & sub umbra eius requiescas.*

VII. *Tanquam ad Magnetem, ut ferrenum cor tuum attrahat & sibi copulet. Et in singulis visitationibus, pro beneficio ultima visitationis gratias age, pro sequente gratiam posce.*

Praxis VIII.

Post Festum SS. Trinitatis.

Templum ingressus, per fidem vivam in praesentia Christi te statue, Omnipotentiam eius expende, & audi dicentem: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra: ac confidenter pete ut potentiam suam in te exferat, & a septem peccatis capitalibus te liberet. Alias expende parumper infinitam eius Charitatem, quam non solum demonstravit antea in degenere in vita mortali; sed hodie dum ostendit in vita gloriosa, dum tamdiu te expectat in Ara, ut petitum aliquid venias & obtineas. Pete itaque septem Virtutes, res

Theo.

Theologicas, & quatuor Cardinales. Alias paulisper rulina infinitam ejus Sapientiam, & dic: Domine tu omnia nosti: omnia nuda & aperta sunt oculis, scrutaris enim renes & corda: Obsecro quid vides in Sunamite, in anima mea?

I. *Et primò quidem, dum mentis oculos in me conjicis, ô Jesu omniscie! quid vides? Vides me ex meipso esse umbram, inane, nihil: si enim manum tuam me tinentem laxares, mox in abyssum nihili, ex qua per te eductus sum relaberer. Quàm profundè igitur me coram te humiliare, quàm demissè de me sentire debeo?*

II. *Quid vides in anima mea? ô perpicacissime Benefactor! uno velut obtutu cernis beneficia omnia, à primo Creationis meæ momento, mihi exhibita, quæ sunt innumerabilia. Quas igitur grates me referre par est, quod hoc nihilum meum sic dilexeris, extuleris, beneficiis cumulâris?*

III. *Quid vides in libro vitæ meæ? vel in membrana accuratissimè descripta & depicta omnia peccata mea & delicta juventutis, & pro vectæ ætatis, & religiosæ conversationis. O quàm confundor & rubesco!*

IV. Quid vides in decursu vitæ meæ præteritæ? audio respondentem: vita tua repida est, inconstans est, jam me, jam hostem sequens. O basis & firmamentum meum, in omni bono confirma me!

V. Quid vides in phantasia mea? O Salus mea! meras chymæras. Quid in appetitu? cupiditates inordinatas. Quid in memoria? species rememorativas vanas. Quid in intellectu? speculationes infructuosas. Quid denique in voluntate? Velleitates millenas & millenas inefficaces. Ah! si vis potes me illicò emendare.

VI. Quid vides in cogitationibus meis? Vanitatem. Quid in verbis? jactantiam. Quid in factis? voluntatem propriam. Quid in oculis & auribus? curiositatem. Quid in gustu? sensualitatem. Quid in corpore? infirmitatem. Sana me, Domine & sanabor.

VII. Quid vides in morte mea? Aderit brevi; quâ horâ non putas? Tu Domine nosti annum, diem, horam, momentum obitûs mei. Tu nosti locum, modum, modum quo extinguendus sum. Tu cognoscis, quî in iudicio tuo substitutus, quam

quam sententiam accepturus, ad quem locum alterius vitæ destinandus sim. Ah! moriatur anima mea morte Justorum, & fiant novissima mea horum similia. *Num.* 23. Cùm veneris judicare noli me condemnare.

HORA VIII.

Verbi Divini auditio.

*D*ominicis, festisq; diebus nunquam negligenda verbi Dei auditio: eam enim *mellissimus Doctor serm. 1. in Septuages. inter predestinationis & salutis signa numerat. Qui ex Deo est, verba Dei audit, inquit ipsa veritas. Joan. 8. & S. Chrysoft. hom. 22. in Gen. scribit: quemadmodum corporalis cibi appetitus indicium est bonæ valetudinis; ita desiderium spiritualis doctrinæ, manifestissimum est argumentum animæ benè habentis. Excita igitur in te orem, si eâ careas.*

Praxis audiendi Concionem.

I. *Ante Concionem, animus à vitiis & perturbationibus expurgandus, ut tan-*